UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita, doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

E Tomo III. Commentariorum in Genesim. Τομου Γ' Των Εις [...].

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

Visual Library

quæ ad hujus proprie, non majoris, minorisve mundi molitionem satis esset. Invehenda quippe nescio quæ, Deo tamen antiquior Providentia necessario fuerit, quæ materiam ei subjecerit, dum id ea provideret in posterum, ne quas in se Deus haberet artis suæ notiones, irritæ cederent, si non ejus naturæ copia fieret, cujus opera tam excellentem, & eximiam Vniversi speciem efficeret. Vnde porro id habuit, ut omnis qualitatis capax esset, quam eidem imprimere Deus voluisset, nisi qualem eam habere ipse vellet, talem ante sibi, tantamque molitus erit? Iam ut nonnullis daremus ortu carere materiam, ijs tamen qui sic opinantur, hunc in modum instare possemus: si quantumvis naturam illam Deo Providentia nulla subjecerit, ejusmodi tamen ea per sese fuit: eandem si Providentia suopte consilio procreasset, ecquid amplius ipsa, quam quod fortuito, casuque factum videmus, effecisset. Quid si Deus ipse materiam, quæ nulla dum esset, fingere, molirique statuisset? ecquid tandem ejus cũ sapientia, tum divinitas excellentius, quam quod ex ortu carente materia extitit, molitus esset? Nam si ex Providentia idem omnino profecturum erat, quod sine Providentia factum est: quidni ex ipso quoque mundo auctorem omnem, artificemque tollamus? Quemadmodum enim absurdum fuerit, mũdum hunc dicere, tam eleganter, apteque constructum, absque sapientis artificis manu talem extitisse: ita vim materiæ tantam, ejusque conditionis & naturæ, adeoque artifici numinis rationi obsequentem, sine ortus sui principio per se ipsam extitisse, non minus ineptum videri debet. Cæterum ijs qui artificum nostrorum comparationem obtendunt, quorum nemo sine materia quicquam efficiat, occurrendum nullam eorum hoc in genere similitudinem esse. Materiam enim artifici cuilibet Providentia subjicit, quæ à principe quadam, seu humana illa, seu divina sit, arte oriatur. Atque hæc in præsentiarum adversus eos satis erunt, qui quod ita scriptum videant: *Terra autem erat invisibilis & vacua*, naturam corpoream ortus omnis expertem esse opinantur.

A ὑποστάσει; οἱονεὶ γὰρ προνοιά τις προϋπῆρξε θεοῦ, ἀναγκαίως τῇ ὕλῃ ἔσται ὑποβεβλημένα τοῦ θεοῦ, προνοουμένη τῇ τέχνῃ τῇ ἐνυπάρχουσαν αὐτοῦ μὴ κενοπαθῆσαι, οἷα ὅσης οὐσίας, ἢ ὁμιλήσαι δυνάμενος κατεσκεύασε τὸ τηλικοῦτον κόσμου κάλλος· πόθεν γὰρ καὶ δεκτικὴ γεγένηται πάσης ἧς ἐβούλετο ὁ θεὸς ποιότητος, μὴ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ ἑαυτῷ τοιαύτῃ καὶ τοιαύτῃ ποιήσαντος, ὁποίαν ἔχειν ἐβούλετο; καθ' ὑποθέσιν γοῦν ἀποδεξάμενοι τὸ ἀγένητον εἶναι τῇ ὕλῃ, ταῦτα ἐρωτῶμεν τοὺς τοῦτο βουλομένους, ὅτι εἰ προνοίας οὐχ ὑποδεήσεσι τῇ οὐσίᾳ τῷ θεῷ τοιαύτῃ γενέσθαι, εἰ πρόνοια μὴ ὑφεστῶσα, τί αὐ πλέον πεποίηκε τοῦ αὐτομάτου; καὶ εἰ αὖθις μὴ ὅσης ὕλης ἐβούλετο καταστῆσαι αὐτῇ, τί δὲ πλέον ἡ σοφία, καὶ ἡ θεότης αὐτοῦ πεποίηκε τοῦ ἐξ ἀγενήτου ὑποστάντος; εἰ γὰρ διέστειλεν ταῦτον γενόμενον δὲ ὑπὸ τῆς προνοίας, ὅπερ καὶ χωρὶς προνοίας ὑπῆρξε, τί δὲ τὸ κόσμου ἀθετήσωμεν τὸν δημιουργὸν καὶ τὸν τεχνίτην; ὅπερ γὰρ ἄτοπον ὅτι τοῦ κόσμου εἰπόντος ὅτι τεχνικῶς κατεσκευάσθη, τοῦ χωρὶς τεχνίτου σοφοῦ τὸν οὐσιοποιὸν γεγονέναι, ὅτι καὶ τὸ τῇ ὕλῃ τοσαύτῃ τοιαύτῃ, καὶ ὅπως εἰκικῶ τοῦ τεχνίτου λόγῳ θεοῦ ὑφεστηκέναι ἀγενήτως, ὅπῃσης ἐστὶν ἄλογον· πρὸς μὴ ποιεῖν τοὺς παραβαλλόντας, ὅτι οὐδὲν δημιουργοῦ χωρὶς ὕλης ποιεῖ, λεκτέον ὅτι ἀνομοίως παραβάλλουσι. πρόνοια γὰρ πανὶ τεχνίτῃ ὑποβάλλει τῇ ὕλῃ, ἀπὸ πρεσβείας τέχνης, ἢ ἀνθρωπίνης, ἢ θείας ἐρχομένῃ· ταῦτα μὲν οὖν ὅτι τοῦ πρόσθεν ἐχέσθω, πρὸς τοὺς λεγόντων· ἢ γὴ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, οἱονεὶ ἀγένητον τῇ σωματικῇ φύσιν.

Gen. 1. 2.

E TOMO III. COMMENTARIORUM in Genesim.

Ad Cap. I. v. 14.

QVod hic habetur, luminaria quæ sane alia non sunt, quam Sol, Luna, cæteraque sydera, tanquam signa quædam esse constituta, id vero ut diligenter explicetur, in primis necessarium est. Nec enim gentes illæ modo, quæ à Christi fide alienæ sunt, ad eum qui de Fato instituitur locum offendunt,

ΤΟΜΟΥ Γ' ΤΩΝ ΕΙΣ τὴν γένεσιν.

Eodem interprete.

ΠΕρὶ τῶν εἰς σημεῖα γενομένων τοῦ φωστῆρας οὐκ ἄλλος ἢ λίου καὶ σελήνης, καὶ τῶν * ἄστρων τυγχάνοντας, τῶν σφόδρα ἀναγκαιοτάτων ὄντα διαγνῶναι, ἐν μόνοις * ἐθνῶν τῶν τῆς χριστοῦ πίστεως ἀλλοτρίων, σφηνοῦμενοι εἰς τὸν περὶ τῆς εἱμαρμένης τόπον

* Philon. ἀστέρων

* Philon. πανταχοῦ.

τῇ τῆς * καλουμένων ἀστέρων ὑπεπλοκῇ, πρὸς τοὺς ἐν τῷ ζωδιακῷ πόνων αὐτοῖς νομιζομένων * συμβαίνειν τῆς ἐπὶ τῆς γῆς καὶ τῆς περὶ ἕκαστον ἀνθρώπων, πάχα δὴ καὶ ἀλόγων ζώων· ἀλλὰ δὴ καὶ πολλῶν τῆς πεπιστευκέναι ὑπολαμβανομένων εἱμαρμένης, μὴ ἄρα ἰσάζειν τὰ ἀνθρώπων πράγματα, καὶ ἀμίγητον ἄλλως γίνεσθαι, ἢ ὡς οἱ ἀστέρες κατὰ τὰς διαφόρους σχηματισμοὺς * ὑπιτέλλουσιν· ἔπειτα δὴ τοῖς τοῦτο δογματίζουσιν ἐξ ὅλων τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀναίρει· διόπερ δὲ ἔπαινον, καὶ ψόγον, καὶ πρᾶξις ἀποδεκτὰς, πάλιν τε αὖ ψεκτάς· ἄρα εἰ ὅπως ἔχει, τὰ τῆς κεκηρυγμένης τοῦ θεοῦ κρίσεως οἴχεται; καὶ ἀπέλαι πρὸς τὰς ἡμερτικὰς, ὡς καταδικασμένας. πλὴν τε αὖ πρὸς τὰς τῶν κρείττοσιν ἑαυτοὺς ὑπεδεδωκότας, καὶ μακαριότητος. οὐδὲν δὲ ἐπ τούτων ἀλόγως ἔχει * γινόμενον, εἰ τὰ ἀκόλουθά τις ἑαυτῷ ἐφ' οἷς δογματίζει βλέπει, καὶ ἡ πίστις ἔσται * μάταια. ἵνα χριστοῦ ὑπόδημα οὐδὲν δεύσαι, καὶ πᾶσα ἡ ἀφ' νόμου τε προφητῶν οἰκονομία, κόματί τε ἀποστόλων, ὑπὲρ τὸ συστῆσαι * τῆς ἀφ' χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας· εἰ μὴ ὄφα καὶ χριστὸς ὑπὸ τοὺς ὕπνους βαλλόντας, ὑπὸ τῶν ἀνάγκαν τῆς τῆς ἀστέρων κινήσεως * τῶν γένεσιν αἰτίαν φύειν γινόμενος, πόνοι πεποιήκοι τε καὶ πάθοι, ἢ τοῦ θεοῦ τε πάθοις * τῆς ὅλων αὐτῷ τῆς πολυδόξου δυνάμεις διαρπασμένου, ἀλλὰ τῆς ἀστέρων. οἷς ἀθέοις καὶ ἀσεβέσι τυγχάνουσι λόγοις ἀκολουθεῖ τε τὸ τοὺς πιστεύοντας ὑπὸ τῆς ἀστέρων ἀγομένους πιστεύειν εἰς θεὸν λέγεσθαι· πυθοίμεθα δ' αὐ αὐτῶν τί ὁ θεὸς βουλόμενος ποιεῖν ἐποίει κόσμον, ἵν' οἱ μὲν ἐν αὐτῷ αἱδριεῦντες, τὰ γυναικῶν πάσχωσιν, ἀδάμας ἑαυτοὺς ἄτοι τῆς ἀσωτείας γεγυμνωμένοι· ἕτεροι δὲ ἀγρίων ζώων κατάστασιν * εἰληφότες, τῷ τὴν φορὰν τῶν πόνων ποιεῖν αὐτὸς πεποιηκέναι, ἀφ' τὸ τὸν θεὸν ὅπω κεκοσμηκέναι τὸ πᾶν, ὑπεδεδόασιν ἑαυτοὺς ὠμοτάτοις τε σφόδρα ἀπωθεσθέοις πράγμασιν, * ἀνδροφονίαις τε πιρατείαις, καὶ τί δὴ λέγειν ἡμᾶς πρὸς τὴν συμβαινόντων ἐν ἀνθρώποις, καὶ ἁμαρτημένων ὑπὲρ αὐτῶν μυρίων ὅσων τυγχανόντων, ἅς τινας οἱ τῶν γενεῶν πρεσβύτεροι τούτων λόγων ἀπολύοντες πόνοις ἐγκλήματος, τῷ θεῷ προσγράφουσι πάντων τῶν * κακῶν, καὶ ψεκτοὺς προπεμένων * τὸν αἰτίαν· ἐὰν δέ τινες αὐτῶν, ὡς ἀπολογούμενοι πρὸς θεοῦ, ἕτερον μὴ τῶν λέγουσι τὴν ἀγαθὸν, οὐδενὸς τούτων ἔχοντα τὴν ἀρχὴν, τῷ δὴ δημιουργῷ * πάντων τὰ τοι-

* Philoc. καλουμένων

* Philoc. συμβαίνειν

* Philoc. ὑπιτέλλουσιν

* Philoc. γινόμενον

* μάτα Philoc.

* Philoc. τοῦ τοῦ θεοῦ χριστοῦ

* Philoc. τῷ

* Philoc. ἐστὶ τὸν ὅλων

* Philoc. ἀνθρωφόνοις

* Philoc. πρὸς

* Philoc. κακῶν

* Philoc. τὰς αἰτίας

* Philoc. πάντων

A quod quæ in terris eveniunt omnia, quæque singulos ad homines, imo quæ ad brutas quoque fortassis animantes pertinent, ea stellarum, quas errantes vocant, cum iis quæ ad zodiacum adhærescunt syderibus complexione quadam, & comparatione fieri arbitrentur: sed eorum etiam permulti, qui Christianæ fidei sectatores ac professores habentur, anguntur animis, ne humanæ res adeo necessitate teneantur, vt aliter quàm varius astrorum situs, & collocatio jubeat, fieri non possint. Quæ quidem ex opinione consequens illud est, ut funditus voluntatis nostræ vis, facultasque tollatur; simulque proinde laus omnis ac vituperatio, rerumque vel approbatione dignarum vel reprehensione discrimen. Hæc porro sublata si semel erunt, evanescat pariter necesse est quidquid de judicij divini æquitate jactatur, concidant vel intentatæ sceleratis pœnarum ac suppliciorum minæ, vel promissa melioris sanctiorisque vitæ professoribus gloriæ ac felicitatis præmia, nihil enim ipsorum deinceps cum ratione fiet. Imo; si quis cætera quæ ex ejusdem sententiæ vi efficiuntur spectare volet; B non inanis profecto solum, ac supervacanea fides nostra futura sit; sed ne ipse quidem adventus Christi, totaque illa seu Legis, seu Prophetarum œconomia, & Apostolorum in excitandis, constabiliendisque Christi Dei Ecclesijs suscepta contentio vel hilum profecerit. Nisi tamen ipsius etiam Christi non modo nascendi rationem, sed quidquid præterea vel egerit, vel tulerit, eandem in conversionis astrorum necessitatem projecta hominum istorum temeritas illigabit: perinde videlicet, quasi is ab syderibus vim illam rerum admirabilium, non à Deo, cunctorum- C que parente acceperit. Cujus ex orationis impietate illud sequitur, ut quotquot divinam fidem amplectuntur, ad illam syderum omnes impulsione rapiantur. Ego vero quæsierim ex ijs perlibenter, quid tandem secutus hac in mundi molitione Deus fuerit, ut ex ea virorum qui in eo degunt multitudine, alij nulla sua culpa muliebris veneris turpitudinem paterentur; alij ferino plane ritu, quod tales ipsos efficeret Vniversi hunc in modum à Deo constituti impetus atque conversio, teterrimis sese, dirissimisque sceleribus, ut homicidijs ac piraticis prædationibus dederent? Quanquam quid attinet hanc à nobis D de rebus ijs, quæ vel hominibus eveniunt, vel ab ijsdem peccantur, quæque prorsus infinitæ sunt, disputationem institui, quos præsertim dogmatis istius assertores egregij dum ab omni culpa liberant, malorum; quæque scelerate fiunt omnium, Deo causam assignant? Quorum si nonnulli, ut Dei causam tueri videantur, bonum quemdam alterum esse dicent, eumque rerum istarum fontem esse ac principium negabunt; quod uni isti

duntaxat rerum creatarum molitori similia tribuenda velint; primum, ne sic quidem, quod ipsi volunt, iustus vt iste sit efficient. Quomodo enim, quem tot malorum parentem fatentur ipsi quoque iustum eundem esse jure meritoque defendant? Deinde quid sentiant ipsi de se, quærendum ex illis est; vtrum sese Astrorum conversione obligatos esse, an liberos, atque ejusmodi, apud quos hac in vita nihil omnino motus ille possit? Obligatos si fatebuntur, hunc illis profecto Astra quoque sensum impresserint: adeoque novam de superiore suo, fictitioque Deo mentem, hujus conversione mundi, suus ille, quod ipsi negant, architectus injecerit. Sin autem ejus se minime, quas Astra volunt, legibus teneri respondebunt, id ne ab ijs temere negari videatur, majori vtique vi suffragium illi nostrum extorquere debent, certo discrimine duo inter mentium genera constituto, quarum aliæ ortus, fatique necessitatem subire cogantur, aliæ defugiant. Hac enim se quæstione profecto numquam explicabunt. Ad hæc preces ac vota nuncupare, supervacaneum plane sit. Nam si hæc illave fieri necesse est, hancque Astra necessitatem afferunt, nec aliter quam eorum mutua complexio jubeat, fieri quicquam potest, hoc aut illud abs Deo impetrare sine ratione contendimus. Sed quorsum pluribus communis hujus de Fato loci, quem inconsiderate vulgus adhuc hominum trivit, impietatem persequimur? Eam quippe superiori oratione informasse sat est. Iam vero cum locum illum expenderemus: *Sint in signa luminaria*, quemadmodum in eam disputationem delapsi fuerimus, nobis in mentem revocemus. Qui vel aliqua de re veri ex alijs quidpiam intelligunt, vel ipsimet rei gestæ oculati testes fuerunt, ij profecto rem aperire sincere, integreque possunt: quippe qui vel quod passus alter fuerit, vel quod idem perfecerit, aut oculis ipsi suis vsurparint, aut aliorum, qui tamen rei causam dederint nullam, commemoratione acceperint. (Illud enim sane omittamus, fieri posse, vt qui aliquid vel passi fuerint, vel fecerint, eos etiam qui præsentes non interfuerint, narratione ipsi sua totius in rei cognitionem adducãt.) Si quis ergo, postquam certi aliquid aut evenisse quibusdam, aut eventurum esse, ab illo qui ejus causa non sit, auditione acceperit, non cogitet apud se, quisquis rem quamlibet aut gestam esse, aut gestum iri doceat, non eum continuo ejusdem rei caussam esse: is sane, quicunque vel factum aliquid, vel futurum esse aperiet, ab eodem aut profectum illud, aut profecturum

A αὔτα * προσάπτωσι, πρῶτον μὲν οὐδὲ ὡς * Philon. βούλονται δικαιοῦσθαι ἀποδεικνύναι ὅτι ὅστι δίκαιος· πῶς γὰρ ὁ τοσούτων κατ' αὐτοὺς πατὴρ, βούλοιτο * χρημαπίζοι δίκαιος; δεύτερον δὲ καὶ ἑαυτῷ * τί ποτε φήσουσιν, ἐξεταστέον. πότερον ὑπο- * Philon. κείνται τῇ φορᾷ τῶν ἀστέρων, ἢ ἠλευθέρωνται; τί φήσουσι καὶ ἐν τῷ βίῳ τυγχάνοντες, οὐδὲν ἐνεργοῦμεν εἰς ἑαυτοὺς ἔχουσιν ἐκεῖθεν· εἰ μὲν γὰρ φήσουσιν ὑποκεῖσθαι τοῖς ἄστροις, δῆλον ὅτι τὰ ἄστρα * τὸ νοῦσαι αὐτοῖς τοῦτο ἐγχαράσσοιτο. καὶ ὁ δη- * Philon. μιουργὸς ὑποβεβλημένος ἔσται δεῦρο τῇ τοῦ παντὸς κινήσει· τὸν λόγον τὸν περὶ τοῦ δωδεκάτου ἀναπεπλασμένον θεὸν, ὅσον οὐ βούλονται· εἰ δὲ ἀπαρνοῦνται ὅτι ἔξω τῶν νόμων τυγχάνουσι τοῦ δημιουργοῦ τῶν κατὰ τὰς ἀστέρας, ἵνα μὴ ἀπόφασις ἢ τὸ λεγόμενον ἐπ' ἀμφοῖν ἀναπόδεικτος, πόσα θορυβοῦσι ἡμᾶς παρακαλοῦντες δυσκατασκεύαστον, διαφορὰν παρεσκευάντες τοῦ πνεῦ ὑποκειμένου γενέσθαι καὶ εἱμαρμένη, καὶ ἑτέρου ἀπὸ τούτων ἐλευθέρου· δῆλον γὰρ * ὅστι τοὺς τοιούτους, ὅτι λόγον * Philon. ὅστι δεῖ ἀπαιτοῦντες διδόναι αὐτοῖς, οὐδαμῶς δυνήσονται· πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ βύλομαι πρόσλαβεῖν μάτιον παρεκλαμβανόμενα· εἰ γὰρ καταναγκάσουσι τάδε πνὰ γενέσθαι, καὶ οἱ ἀστέρες ποιοῦσιν, οὐδὲν δὲ τῶν τούτων πρὸς ἀλλήλους ὑπεπλοκὼ δυνάμενοι γενέσθαι, θεὸν ἀλογίστως ἐξιοῦμεν τάδε πνὰ ἡμῖν δωρήσασθαι· καὶ τί * ὅστι πλέον μηκυνῶ λόγον νῦν, περιστάντα τὸ ἀστεῖς τὸ κατηναγκασμένον ἀδιαστρίστως πρὸς τοῖς πολλοῖς τοῦ εἱμαρμένης πίπτω; αὐτάρκη γὰρ εἰς ὑπογραφὴν καὶ τὰ εἰρημένα· πόθεν δὲ ἐξετάζοντες τί· ἔστωσ εἰς σημεῖα οἱ φυσικοὶ, ὅτι τοῦτο ἐλπλύθαιμεν, ἑαυτοὺς ὑπομνήσωμεν· οἱ μεμαθήκοντες περί τινων ἀληθῆ, ἤτοι αὐτόπται τῶν πραγμάτων γενόμενοι, ἀποφαίνονται τάδε πνὰ ὑγιῶς, τὸ πάθος ὡς τῷ ἐνεργεῖν τὸ πεποιηκότων, ἢ * ἐνεργηκότων θεασάμενοι, ἢ ἀπαλ- * Philon. γηγόντων τῶν ἐδαμῶς αἰτίων τοῖς γεγενημένοις ἀκούσαντες, τάδε πνὰ γενόσεσθαι· ὑπεξηρήσθω * δὲ νῦν τοῦ λόγου, ὃ δυνάσθαι τοὺς δεδρακότας ἢ πεπονθότας * διηγεμένους ἃ δεδράκασιν, ἢ πεπόνθασιν, ἐνάγειν εἰς γνῶσιν τῶν πεπραγμένων τὸν μὴ * παραπτυχόντα· ἐὰν οὖν τοῦτο ὁ διδασκόμενος ὑπὸ τοῦ μηδαμῶς αἰτίου τῶν * γενομένων, ὃ τάδε πνὰ τοῖσδε γενόμενα ἢ συμβήσεσθαι, μὴ * διακρίνων ὅτι ἐὰν πολύπους ὁ διδάσκων τοῦ πρὸς ὡς γενομένου * ἐσομένου, αἴτιός ὅστι τοῦ ὃ πρᾶγμα τοῦνδε ἢ

B

C

D

E

πυγχάνει, * οἰήσεται τὸν παραπτόμενα τοῦ τάδε πνὰ γεγονέναι, ἢ τάδε πνὰ ἔσεσθαι, πεποιηκέναι ἢ ποιήσειν τὰ τοῦ ὧν διδάσκει. * οἰήσεται δὲ δηλονότι ἐσφαλμένως· ὡς εἴ τις ἐντυ- * Philon. εἰ ἐστ- * Philon. ὅστιν ἢ ὅστ-

χων προφητικῇ βίβλῳ προδηλώσῃ τὰ περὶ Ἰού-
δᾳ τῇ προδότῃ, ἰσμίσας μαθὼν ὃ ἐσόμενον,
ὁρᾶν αὐτὰ ἀποτελούμενον, τὴν βίβλον αἰτίαν εἶ)
* πόδε τὶ γεγονέναι ὕστερον. ἐπεὶ ἀπὸ τῆς βί-
βλου μεμαθηκὼς * τὰ ὑπὸ τοῦ Ἰούδα * προ-
δοθησόμενα ὕστερον· ἢ πάλιν μὲν τὸν βίβλον ὑ-
πολαβοὶ εἶ) αἰτίαν, ἀλλὰ τὸν θεῖον γρά-
φαντα αὐτόν, ἢ τὸν ἐνεργήσαντα φέρε εἰπεῖν τὸν
θεόν· ὥσπερ ὁ ὅτι τῷ περὶ τοῦ Ἰούδα προφη-
τευομένων, αὐτοῖς αἱ λέξεις ἐξεταζόμεναι ἐμ-
φήνασι τὸν θεὸν ποιητὸν μὴ γεγονέναι τὸ τοῦ Ἰού-
δα προδοσίας, ἀλλὰ μόνον διδιλακέναι προεγνω-
κότα τὰ ἀπὸ τὸ τούτου κακίας προληθησό-
μενα παρὰ τὸν αὐτὸν * αἰτίαν. ὅπως εἴ τις ἐμ-
βαθύνειν τὸν λόγον τοῦ προδιδόντος τὰ πάντα τὸν
θεόν, καὶ τοῖς * ἐν οἷς οἷς ἐνετύπωσε τῆς ἑαυτοῦ
προγνώσεως τοὺς λόγους, καταινόησαι αὐ ὅτι ὅτε
ὁ προγνὼς πάντως ἄριστον τὴν προεγνωσμένων,
ὅτε τὰ τοῦς τύπους τῶν * λόγων τῆς προγνώσεως ὃ
προεγνωκότος δεξάμενα· ὅτι μὲν οὖν ἕκαστον τῶν
ἐσομένων πρὸ πολλοῦ οἶδεν ὁ θεὸς γνησόμενον,
καὶ χωρὶς μὴ γραφῆς αὐτόθεν ἐκ τῆς ἐννοίας τῆς
περὶ θεοῦ, δῆλον τοῦ σωιέντι ἀξίωμα δυνά-
μεως νοῦ θεοῦ· εἰ γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν γραφῶν ὅτι
προδοθῆσαι, πλήρης μὲν εἰσιν αἱ προφητεῖαι
πολέων προδιδγμάτων· καὶ * κατὰ τὸν σωτῆρα
ἡμῶν θεοῦ γινώσκοντος τὰ πάντα, πρὶν γενέ-
σεως αὐτῶν, ὅτε λέγουσιν· ὁ θεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ
τῶν κρυπτῶν γνώστης, ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν
γενέσεως αὐτῶν, σὺ ὑπίσασαι ὅτι ψευδῆ μοι κα-
τεμαρτύρησαν ὅτοι· σαφέστατα ὁ ἐν τῇ τέτα-
τῇ βασιλείᾳ, καὶ ὄνομα * βασιλεύοντος, καὶ πρά-
ξεις ἀναγράφησαν, πρὸ πολλοῦ ἐτῶν τῶν γενέ-
σεων προφητευόμενα, ὅτως· καὶ ἐποίησεν ἑορτὴν
ἑορτὴν τῷ ἐν τοῦ μηνὶ τοῦ ὀγδόῳ, ἐν τῇ
πεμπτῇ καὶ δεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς, καὶ τὴν
ἑορτὴν τῷ ἐν γῇ Ἰούδα. καὶ ἀνέβη ὅτι ὁ ἐν Βαιθὴλ,
ὁ ἐποίησεν ἐν τῷ δαμάλεσιν, * ἃς ἐποίησεν·
εἶπα μετ' ὀλίγα· καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ ἐξ
Ἰούδα παρεγένετο ἐν λόγῳ κυρίου ἐν Βαιθὴλ; καὶ
Ἱεροβοὰμ εἰστήκει ὅτι ὁ θυσιαστήριον αὐτοῦ ὅτι-
θῦσαι. καὶ * ἐπεκάλεσεν ὅτι ὁ θυσιαστήριον ἐν
λόγῳ κυρίου, καὶ εἶπε· θυσιαστήριον, τάδε λέγει κύ-
ριος. ἰδοὺ υἱὸς τίκτει τοῦ οἴκου Δαβὶδ, Ἰωσίας
ὄνομα αὐτῷ, καὶ θύσει ὅτι σε τοὺς ἱερεῖς τῶν ὑψη-
λῶν τῶν ὅτι θυόντων ὅτι σε, καὶ ὀστᾶ ἀνθρώπων
καύσει ὅτι σε, καὶ ἔδωκεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τέ-
ρας, ὃ ἐλάλησε κύριος λέγων. ἰδοὺ ὁ θυσιαστήριον
ῥήγνυται, καὶ ἐκχυθήσεται ἡ πιότης ἡ ἐπ' αὐτῷ· καὶ
μετ' ὀλίγα δηλοῖ ὅτι καὶ ὁ θυσιαστήριον ἐρράγη,

A opinabitur, falso tamen opinabitur. Veluti si quis, vti ex Prophetico volumine, quod Iudæ proditoris scelus exitiumque prædiceret, futuram totius rei seriem intellexisset, adeoque cum suis factum ipsum oculis intueretur, idem in volumen facinoris caussam omnem, culpamque conferret: aut, si minus volumen, eum certe à quo primum conscriptum illud esset, aut vero Deum ipsum, cujus impulsu ac numine prodijsset, ejusdem perfidiæ auctorem esse sentiret. Quemadmodum enim conceptis ac disertis, si ea diligenter expendas, ilius de Iuda
B Prophetiæ verbis, Deus omnis proditionis ejus culpa liberatur; idque vnum ex illis auferri potest, Deum quod nulla sui numinis communione, sola hominis improbitate futurum scelus ante cognoverat, prænuntiasse: ita profecto quisquis & eam in disputationem, qua Deo rerum omnium antegressa cognitio tribuitur, & in ea, quibus suæ cognitionis signa quædam & formas impresserit, subire altius ac penetrare voluerit, intelliget ipse continuo, non illi utique qui prænoverit, aut ijs ipsis rebus,
C quæ prænotionis ejus formas quasdam, notasque susceperint, eorum quæ prænoverit, caussam esse tribuendam. Iam vero quidquid aliquando futurum est, id omne Deum multo ante futurum prænosse, ut Scripturæ abesset auctoritas, vel ipsamet ex Dei notione is profecto demum intelligat, qui probe vim illam & excellentiam divinæ mentis intelligit. Si tamen sacrarum quoque literarum testimonijs eam in rem opus est, plenæ sunt exemplorum id genus Prophetarum voces; ipsaque adeo Susanna rerum ei cognitionem omnium his verbis
D asserit: *Deus æterne, qui absconditorum es* Dan. 13. 42.
cognitor; qui nosti omnia antequam fiant; tu scis quoniam falsum testimonium tulerunt contra me. Ac Regum tertio, Regis ipsius nomen, resque ab eo gestas, multis ante annis, quam lucem aspicerent, hunc in modum clarissime vates divinus expressit: *Constituitque* 3. Reg. 12. 30
Hieroboam diem solennem in mense octavo, quin- & seq.
tadecima die mensis, in similitudinem solennitatis, quæ celebratur in Iuda. Et ascendit altare quod fecit in Bethel, vt immolaret vitulis, quos fabricatus fuerat. Et paulo post: *Et ecce vir*
Dei venit de Iuda, in sermone Domini, in Bethel,
E *Hieroboam stante super altare, & thus faciente. Et exclamavit contra altare in sermone Domini, & ait: Altare, Altare, hæc dicit Dominus: Ecce filius nascetur domui David, Iosias nomine, & immolabit super te Sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succendunt, & ossa hominum super te incendet. Deditque in illa die signum; dicens: Hoc erit signum, quod locutus est Dominus; Ecce altare scindetur, & effundetur adeps qui in eo est.* Ac paucis interjectis, altare disruptum; effusumque adipem esse narratur;

quod signum in sermone Domini Propheta dederat. Similiter apud Isaiam, qui multis ante captivitatem Babylonicam annis vixerat, de Cyro Persarum Rege, qui tanto captivitatem illam intervallo secutus est, quippe qui instaurando Templo (id quod in Esdræ tempus incidit) operam navarit suam; ita nominatim prænuntiatum habes: *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus Gentes, & fortitudinem Regum perfringam: aperiam coram eo januas, & portæ meæ non claudentur. Ego ante te ibo, & montes complanabo: portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos, occultos, in visibiles aperiam tibi, ut scias quia ego Dominus Deus, qui voco nomen tuum, Deus Israël. Propter servum meum Iacob & Israël electum meum, ego vocabo te nomine tuo & suscipiam te.* Ex ijs enim quivis prorsus intelligat, Cyrum in ejus populi gratiam, quem tot beneficijs affecerat, ut Ebræorum pietatem ac religionem ignoraret, à Deo tamen Gentium plurimarum imperium accepisse. Atque id Græcorum etiam, qui res Cyri, quem Propheta cecinit, memoriæ prodiderunt, auferre possis. Quinetiam apud Danielem, quo tempore Babylonicum florebat imperium, Nabuchodonosori futurorum deinceps imperiorum oblata species est. Auro quippe Babyloniorum, Persarum argento, Macedonum ære, ferro denique Romanorum significabatur imperium. Ac rursus idem Propheta de Dario simul & Alexandro, nec non de quatuor Alexandri Macedonum Regis successoribus, ipsoq; Ptolemæo, qui Ægypti regnum tenuit, cuique Lago cognomentum fuit, ejusmodi reliquit oraculum: *Ecce autem hircus caprarum veniebat ab occidente, super faciem totius terræ; & hircus habebat cornu inter oculos suos. Et venit usque ad arietem illum cornutum, quem videram stante ante Vbal, & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ. Et vidi eum pervenientem usque ad arietem, & efferatus est in eum, & percussit arietem, & comminuit duo cornua ejus, & non poterat aries resistere ei, cumque eum misisset in terram, conculcavit: & nemo quibat liberare arietem de manu ejus. Hircus autem caprarum magnus est nimis: cumque crevisset, factum est cornu eius magnum; & orta sunt alia cornua subter illud per quatuor ventos cœli. De uno autem ex eis egressum est cornu unum forte, & factum est grande valde contra meridiem & occidentem.* Quid hic Prophetarum de Christo ipso voces & oracula commemorem? de Bethleemo, ubi natus; de Nazaretho,

Isaia 45. 1, 2, & seq.

Dan. 8. 5, & seq.

καὶ ἐξεχύθη ἡ πιότης ἀπὸ τῆς θυσιαστηρίου καὶ τὸ τέρας ὃ ἔδωκεν ὁ ἀληθεσπις ἐν λόγῳ κυρίου· καὶ ἐν ᾧ ἡσαΐα ἠμφιέσθη περὶ πολλῶν τῆς αἰχμαλωσίας τῆς εἰς βαβυλῶνα, μιᾷ τῶν αἰχμαλωσίαν ὑστέρου ποτε χρόνῳ κῦρος ὁ περσῶν βασιλεὺς, συνεργήσας τῇ οἰκοδομῇ τοῦ ναοῦ, * ἠφανισμένῳ καὶ τοὺς χρόνους ἔσεσθαι, ὅτι πάλιν κύριος ὀνομασθεὶς προφητεύεται· ὅτι λέγει κύριος ὁ θεὸς τῷ χριστῷ μου κύρῳ, ᾧ ἐκρατήσαι τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη, καὶ ἰσχὺν βασιλέων διαῤῥήξω, ἀνοίξω ἔμπροσθεν αὐτοῦ θύρας, καὶ * πύλαι οὐ συγκλεισθήσονται. ἐγὼ ἔμπροσθέν σου πορεύσομαι, καὶ ὄρη ὁμαλιῶ, θύρας χαλκᾶς συντρίψω, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς * συνθλάσω, καὶ δώσω σοι θησαυροὺς σκοτεινοὺς, ἀποκρύφους, ἀόρατους ἀνοίξω σοι, ἵνα γνῷς ὅτι ἐγώ εἰμι κύριος ὁ θεὸς, ὁ καλῶν τὸ ὄνομά σου, θεὸς ἰσραὴλ ἕνεκεν τοῦ παιδός μου ἰακὼβ, καὶ ἰσραὴλ τοῦ ἐκλεκτοῦ μου, ἐγὼ καλέσω σε τῷ ὀνόματί * μου, καὶ προσδέξομαί σε· σαφῶς γὰρ καὶ οὐκ τοῦτον διδάλω), ὅτι διὰ τὸν λαὸν ὃν διεργάσατο ὁ κύριος, ὁ θεὸς μὴ γινώσκοντα αὐτοῦ τὸν καθ' ἱερεῖς θεοσέβειαν, ἐδωρήσατο ἐθνῶν πλείονων ἀρχὴν· καὶ ἔστι ταῦτα μαθεῖν καὶ ἀπὸ τῶν ἑλλήνων τῶν ἀναγραψάντων τὰ περὶ τὸν προφητεύθέντα * κύριον. ἔτι δὲ καὶ ἐν τῷ δανιὴλ, βαβυλωνίων βασιλεύσαντων τότε τῷ ναβοχοδονόσορ δείκνυται αἱ ἐσόμεναι βασιλεῖαι μετ' αὐτὸν· δείκνυται δὲ διὰ τοῦ εἰκόνος. χρυσοῦν μὲν τὸν βαβυλωνίων ἀρχῆς ὀνομαζομένης, ἀργυρᾶν δὲ τὸν περσῶν, χαλκοῦν δὲ τῶν μακεδόνων, σιδηροῦν δὲ τῶν ῥωμαίων· καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ προφήτῃ τὰ περὶ δαρεῖον, καὶ ἀλέξανδρον, καὶ τοὺς τέσσαρας διαδόχους ἀλεξάνδρου τοῦ μακεδόνων βασιλέως, καὶ πτολεμαῖον τὸν τοῦ λαγόπου ἀρξάντα, τὸν ὀπτικαλλίνον * λεγόμενον προφητεύεται· καὶ ἰδοὺ τράγος αἰγῶν ἤρχετο ἀπὸ λιβὸς, ἐπὶ προσωπον πάσης τῆς γῆς, καὶ τράγος κέρας εἰς μέσον τῶν ὀφθαλμῶν· καὶ ἔλαθεν ἕως τοῦ κριοῦ τοῦ * κέρατα ἔχοντος. ὃν εἶδον ἑστῶτα ἐπὶ τὸν ποταμὸν, καὶ ἔδραμε πρὸς αὐτὸν ἐπὶ πρόσωπον τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, καὶ εἶδον αὐτὸν φθάνοντα ἕως τοῦ κριοῦ, καὶ ἐξηγριώθη πρὸς αὐτὸν, καὶ ἔπαισε τὸν κριὸν, καὶ συνέτριψεν ἀμφότερα τὰ κέρατα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν ἰσχὺς τοῦ κριοῦ στῆναι ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἔῤῥιψεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ συνεπάτησεν αὐτὸν, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος τὸν κριὸν ἐκ χειρὸς αὐτοῦ, καὶ ὁ τράγος τῶν αἰγῶν ἐμεγαλύνθη ἕως σφόδρα. καὶ ἐν τῷ ἰσχύειν αὐτὸν, συνετρίβη τὸ κέρας αὐτοῦ τὸ μέγα, καὶ ἀνέβη ἕτερα * κέρατα τέσσαρα ὑποκάτω αὐτοῦ, εἰς τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς ἐξῆλθε κέρας ἓν ἰσχύον, καὶ ἐμεγαλύνθη περισσῶς πρὸς τὸν νότον καὶ τὸν δύσιν· τί δὲ λέγω τοῖς περὶ χριστοῦ προφητείας, οἷς τόπον ἠμίσεως αὐτοῦ βηθλεὲμ, καὶ τόπον ἀναστροφῆς αὐτοῦ ναζαρὲτ, καὶ

εἰς Αἴγυπτον διαχώρησιν, καὶ τερατεία ἃ ἐποίησε, καὶ τίνα τρόπον ὑπὸ ἰουδα τοῦ εἰς ἀποστόλων κεκλημένου προεδόθη. πάντα γὰρ ταῦτα σημεῖα ἐστὶ τῆς τοῦ θεοῦ προγνώσεως· ἀλλὰ καὶ αὖθις ὁ σωτὴρ, ὅτῳ, φησὶν, ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν ἱερουσαλὴμ, τότε γνώσεσθε ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς· προεφώνει γὰρ τὸ ὑστερον συμβεβηκὸς τέλος τῆς καταστροφῆς ἱερουσαλὴμ· ἀποδεδειγμένον τίνων ἡμῖν ἀεὶ τοῦ προγνώστου εἶναι τὴν θεὸν οὐκ ἀκαίρως, ἵνα διηγησώμεθα πῶς οἱ ἀστέρες γίνονται εἰς σημεῖα, νοητέον τοὺς ἀστέρας ὅτι τεταγμένας κατάλληλα ἐναποφορέοντα τοῖς κεκλημένοις πλανωμένοις τοῖς ἀπλανέσι, ἵνα σημεῖα ὦσι τοῦ σημαινομένου τοῖς ἀστέρων πάντων τοῖς ἀεὶ ἕκαστον γινομένων, καὶ τοῖς καθόλου λαμβάνοντες γινώσκωσιν, οὐχὶ οἱ ἄνθρωποι. πολλῷ γὰρ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον τὸ δυνάσθαι κατ' ἀλήθειαν ἐκλαμβάνειν ἀπὸ τῆς κινήσεως τῶν ἀστέρων τὰ ἀεὶ ἕκαστα τοῖς ὅ,τι ποτε ἐνεργούσιν, ἢ παθοῦσιν. ἀλλ' αἱ δυνάμεις, ἃς ἀναγκαῖον δι' πολλὰ ταῦτα γινώσκειν, ὡς κατ' δυνάμιν * ἀφ' τῆς ἕξεως δείξομεν· * σπουδάζοντες οἱ ἄνθρωποι. οὐ πάντων πρώτων, ἢ καὶ οὐ διδασκαλίας ἀγγέλων τίνων ἰδίων ταῦτα ἐστὶν παραδεδωκότων, καὶ ὅτι τῇ τοῦ γένους ἡμῶν ὑπερβολῇ διδαξάντων ἀεὶ τόπον τινὰ, ἀφήσαντο τοὺς ἀφ' ὧν τὰ σημεῖα οἴονται λαμβάνειν, οὓς ὑπάρχειν τόπον, ἃ σημαίνει ὁ λόγος φησὶ, ἀεὶ ὧν καὶ ἀπὸ ὡς οὐ δυνάμενοι κατ' δύναμιν ὑπερβαίνεσθαι δύνασθαι * ἀφαιρεῖσθαι. * προσείπεσθαι τίνων ταῦτα τὰ προβλήματα, * πῶς προγνώστου ὄντος ἐξ αἰῶνος τοῦ θεοῦ ἀεὶ τὸ ὑφ' ἑκάστου προσήκειν νομιζομένων τὸ ἐφ' ἡμῖν σώζεται. * καὶ τίνα τρόπον οἱ ἀστέρες οὐκ εἰσὶ ποιητικοὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις, σημαντικοὶ δὲ μόνον. * καὶ ὅτι ἀνθρωποι τὸ ἀεὶ τόπον γνῶσιν ἀκριβῶς ἔχειν οὐ δυνάμεθα, ἀλλὰ δυνάμεσι ἀνθρώπων κρείττοσι τὰ σημεῖα * ἐκκεῖσθαι. * τίς γὰρ ἡ αἰτία τοῦ τὰ σημεῖα ὑπὸ θεοῦ πεποιηκέναι εἰς γνῶσιν τῶν δυνάμεων, τέταρτον ἐξεταζόμενα· καὶ τίνων ἰδιωμῶν τὸ προῶν, ὃ δὴ ἀλαζονεύεται * πολλοὶ τῶν ἑλλήνων, οἰόμενοι κατηναγκάσθαι τὰ πράγματα, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν μηδαμῶς σώζεσθαι, εἰ ὁ θεὸς προγνώσκει τὰ μέλλοντα, ἀσεβὲς δόγμα ἐτόλμησε ἀναδέξασθαι μᾶλλον, ἢ * προσέχειν τὸ, ὡς φασιν οἱκεῖοι, ἔνδοξον μὲν τῷ θεῷ, ἀναιρῶν δὲ τὸ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἀφ' ὅτου ἔπαινον, καὶ ψό-

* Philoc. in ὡς ἕξεις
* Philoc. κατεύντες
* Philoc. Codd. Mss. ἀφαιρόμενα
* Phil. & edit. Vig. προσκείσθαι
* Philoc. ἀ. τῶν
* Philoc. β'. καὶ
* Philoc. γ'. καὶ
* Philoc. ἔγκεῖσθαι
* Philoc. δ'. Τίς
* Philoc. Τοῖς τῶν
* Philoc. πρόσθαι.

A ubi educatus est; quemadmodum in Ægyptum secesserit, quæ miracula perfecerit, quomodo Iudæ quem Apostolorum in numerum aggregarat perfidiam, proditionemque subierit? Quibus ex omnibus certe quidem illustria divinæ prænotionis argumenta ducuntur. Accedit ipsa quoque Servatoris auctoritas, dum ita loquitur: *Cum videritis circumdatam ab exercitibus Hierusalem, tunc scietis quia appropinquavit desolatio ejus.* His enim verbis quid deinceps futurum esset, hoc est supremum Hierosolymitani excidij finem, exitumque prædixit. Iam vero, quoniam hanc in Deo prænoscendi vim certis adhuc argumentis ostendimus, juverit deinceps quemadmodum Astra signorum loco instituta sint, explicare. Statuendum igitur in primis est, ejusmodi sideribus assignatum ac definitum esse motum, ut quæ errantia vulgo dicuntur, viam fixis illis atq; constantibus plane cõtrariam teneant. Id quod eo consilio factũ est, ut ex vario astrorum situ, eorum quæ partim singulis, partim in vniversum eveniunt, signa quædam hauriant, non jam homines certe quidem, (ex illa enim siderum conversione, quidquid aut facturi singuli sint, aut passuri, vere ac certo intelligere, operæ est humanas vires longe multumque superantis:) sed naturæ illæ superiores, quas pluribus sane de causis eam in cognitionem venire necesse est, uti deinceps pro captu nostro demonstrabimus. Homines autem quod nonnulla id genus, vel observationibus, vel Angelorum, qui cum suos ipsi fines transilierint, tum generis in nostri perniciem ista docuerint, informatione didicerint; eorum simul, quorum significationem ijs Scriptura tribuit, auctores illos esse putaverũt à quibus ea se percipere signa credebant. Qua de re summatim quoq; paulo post, sed tamen pro nostra facultate diligenter & accurate disputabimus. Atque hæc erunt institutæ quæstionis capita: quî fieri possit, vt cum ea quæ à quoque fieri censentur omnia, ex omni Deus æternitate prænoverit, sua tamen voluntati nostræ vis voluntasque servetur: Quomodo rerum illarum quæ hominum generi eveniunt, signa quidem sidera sint, causæ vero minime: Quamobrem certam & exquisitam homines earundem rerum cognitionem habere non possint, sed naturis humana superioribus proposita signa illa sint: Nam quorsum ijsdem ex signis aliquid naturas illas cognitionis haurire voluerit, quarto demum loco quæremus. Ordiamur à primo, in quo dum cautiores esse Græcorum plerique vellent, quodque si Deo futurorum prænotio tribueretur, vim rebus inferri putarent, ac voluntatis nostræ jura violari, nefarium, impiumque dogma suscipere temere, quam alterum illud probare maluerunt, quod Deo quidem, (vt ipsi loquuntur) gloriæ cederet, verum arbitrij nostri vim, & facultatem everteret, simulque proinde omnem cum laude

Luc 21. 20.

vituperationem, & quidquid aut est complectendum in virtute, aut in vitio reprehendẽdum. Enimvero si hunc aut illum Deus injuriosum futurum, si has aut illas injurias illaturũ ex æternitate cognovit, nec falli prænotio divina potest: is profecto quem ejusmodi fore præviderit, & injuriosus omnino futurus est, & tales injurias illaturus: adeoque fieri nullo modo potest, vt ab illis injurijs abstineat, cum & ad eas inferendas necessitate rapiatur, nec aliud ab eo quicquam fieri possit, quam quod futurum Deus esse cognoverit. Iam si aliud prorsus agere nihil potest, nec quisquam jure vituperatur, quod id non fecerit, quod fieri ab eo non potuit, homines injuriosos frustra calumniamur. Deinde vero ab injuriosis & injurijs ad cætera peccatorũ genera gradum faciunt. Tum à contrario de ijs quoq; rebus quæ præclare fieri, honesteq; videantur, simili ratione statuunt: tandemque concludunt, si Deo semel futurorum prænotio concedatur, arbitrij nostri potestatem funditus esse tollendam. Quibus hoc modo respondendum erit: Deus, quod nulla res causam non habeat aliquam, dum sub ipsum orbis moliendi principium, futura sigillatim omnia mente percurrit, videt illico si factum hoc erit, illud proinde secuturum; quod vbi extiterit, tertium ex eo quiddam aptum fore; hoc item si positum erit, & consequens illud futurum: itaque ad rerum finẽ omnium cognitione perducta, quidquid futurum est, intelligit: nec tamen cujusllibet omnino rei, cur hoc, illove modo eveniat, caussa dicendus est. Quemadmodum enim si quem imperitia temerarium ac præcipitem esse videas, eaque temeritate impulsum lubrico sese itineri committere, vt cum labente, fallenteque vestigio ruiturum intelligas, ipsi tamen prolapsionis caussa non es. Ita plane sentiendum est, Deo, quod cujusmodi quisque sit futurus præviderit, caussas etiam quamobrem ejusmodi sit futurus, quæque ab eo vel improbe, vel præclare gerenda sint, esse perspecta. Atque, ut libere, quod res est, eloquamur, non Dei modo prænotionem rerum causam non esse (nec enim quem peccaturum Deus esse prævidit, eum dum re ipsa peccat, ad facinus quasi manu deducit:) sed etiam quod à communi sensu remotius quidem, sed verum tamen est, id ipsum quod futurum sit, ejusmodi prænotionis caussam esse. Neq; enim idcirco fit quod futurum esse cognoscatur; sed quod futurum fit, idcirco futurum esse cognoscitur. Quo quidem in genere distinctione opus est. Nam si quod omnino futurum dicitur, id ita quis accipiat, perinde ac si quod prævisum est, evenire necesse sit: hoc vero minime damus. Nec enim quod prævisa Iudæ proditio fuerit, Iudam propterea necessario proditorem fuisse concedimus. Enimvero, quibus in Prophetarum oraculis futurum Iudæ scelus exprimitur, ijsdem hominis incessitur, carpiturque improbitas, atque omnium in oculis indignitas ejus, probrumque traducitur

A γον, ἢ δ' ἢ ἀρετῶν ἀποδεκτὸν, τῷ τε κακιῶν
* ψεκτὸν, καὶ φασιν, εἰ δὲ αἰώνιος ἔγνω ὁ θεὸς
τόνδε τινὰ ἀδικήσειν, ἢ τάδε * ποιήσειν ἀδικήμα-
τα, ἀψευδὴς δὲ ἡ γνῶσις τοῦ θεοῦ, * ἢ πανά-
τως ἔσται ἄδικος, ποιήσων τάδε τὰ ἀδικήματα,
ὁ τοιοῦτος εἶ) πεφυκεν ἀναγκαῖος, ὡς ἀμίχανον μὴ
ἀδικήσειν * αὐτὸν, κατανάγκαζεν δ' ἀδικήσειν αὐ-
τὸν, καὶ ἀδυνάτον * ἔσται ἄλλο τι πράξαι αὐτὸν,
ἢ ὅπερ ὁ θεὸς ἔγνω. εἰ δὲ ἀδυνάτον ἄλλο τι
πράξαι αὐτὸν, οὐδὲις ἢ ἀδυνάτα μὴ ποιήσας
B ψεκτός ἐστι, μάτην ἐπιτιμῶμεν τοὺς ἀδικεῖν.
ἀπὸ δὲ τῆς ἀδικίας καὶ τῶν ἀδικημάτων * ἐπέρ-
χονται καὶ ὅτι τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα. εἶτα ἐκ
τῶν ἐναντίων, * καὶ τὰ νομιζόμενα κατορθώματα
καὶ φασιν ἀκολουθῶν * τὸ ὄν θεὸν τὰ μελλόντα
προγινωσκέειν, * πῶς μὴ δυνάσθαι τὰ ἐφ' ἡμῖν
πράττεσθαι· πρὸς ὃς λεκτέον, ὅτι ὁπηνικάλλων ὁ
θεὸς τῇ ἀρχῇ τῆς κοσμοποιίας, οὐδένος * ἀναγ-
κάζομένου, ἐπιπορεύεται τῶν καθ' ἕκαστον τῶν
ἐσομένων, ὁρῶν ὅτι ἐπὶ τόδε γένοιτο, τόδε ἔσται
C ἐὰν δὲ τόδε ἐπὶ τόδε ὁ ἐπόμενον, τόδε ἀκο-
λουθῶ, καὶ ἑπόμενον, τόδε ἔσται. καὶ οὕτω μέχρι
τέλους τῶν πραγμάτων ἐπιπορευόμενος, εἰδὼς ἃ
ἔσται, καὶ πάντως ἑκάστου τῶν γινωσκομένων ἄπορ
τοῦ αὐτὸ συμβῆναι τυγχάνων· ὥσπερ γὰρ εἴ
τις ὁρῶν τινα ἀφ' μὴ ἀμαθίαν πρόπετῆ, ἀφ'
ὧν τὴν πρόπτωσιν * ἀλογίστως ἐπιβαίνοντα ὁδὸν
ὀλισθηρᾶς, καταλάβοι πρόσθεν * ὀλισθήσε-
ται, καὶ ἄπορ τοῦ ὀλίσθου * ἐκείνου γίνεται. οὕτω
νοητέον ὃν θεὸν προγινωσκόντα, ὁποῖος ἕκα-
στος, καὶ τὰς αἰτίας δ' τοιοῦτον αὐτὸν ἔσεσθαι καὶ
D ὁρᾶν, καὶ ὅτι ἁμαρτήσεται τάδε, * ἢ κατορθώσει
τάδε· καὶ εἰ χρὴ λέγειν, καὶ ἢ προγνῶσιν αἰτίαν τῶν
γινομένων. καὶ γὰρ ἐφάπτεται τοῦ προγινωσκόμενου
ἁμαρτησομένου * ὁ θεὸς, ὅτεν ἁμαρτάνει. ἀλλὰ
παραδεδόκαμεν μὲν, ἀληθὲς ἢ ἐρῶμεν, ὁ ἐσόμενον
αὐτὸν τοῦ τοιάνδε εἶ) τῆς αὐτοῦ προ-
γνῶσιν. καὶ γὰρ ἐπὶ ἔγνωσται γίνεται, ἀλλ' ἐπὶ γί-
νεσθαι ἔμελλεν, ἔγνωται· δεῖ δὲ τοῦ· εἰ
μὲν τὸ, πάντως ἔσται, καὶ ὅτι τὶς ἐρμηνεύοι,
ὡς ἀνάγκη εἶ) γενέσθαι τὸ προγινωσκόμενον,
E καὶ διδόαμεν αὐτῷ· καὶ γὰρ ἐρῶμεν, ἐπὶ προ-
γνῶσιν ἰούδα προδοσίαν γενέσθαι, ὅτι πᾶσ
ἀνάγκη τὸν ἰούδαν προδοσίαν γενέσθαι· ἐν
γοῦν τοῖς περὶ τοῦ ἰούδα προφητείαις, μέμ-
ψις καὶ κατηγορία τοῦ ἰούδα ἀναγραμ-

* Φιλόν. τὸ κ. τὸ
* Φιλόν. τὸ
* Φιλόν. τὸ
* Φιλόν. τὸ
* Φιλόν. τὸ
* Φιλόν. τὸ
* Φιλόν. τὸ
* Φιλόν. τὸ
* Φιλόν. τὸ
* Φιλόν. τὸ
* Φιλόν. τὸ
* Φιλόν. τὸ
* Φιλόν. τὸ
* Φιλόν. ἐκκλησ. ἐστι
* Φιλόν. ἐστι
* Φιλόν. ἐστι
* Φιλόν

μῶν αἰτεῖ, πολύτιμον ποιησάσας τὸ ἔργον αὐτοῦ. Οὐκ ἀν δὲ λόγος αὐτῷ προσήπτετο, εἰ ἐπαναγκες προσδοκᾶς ὦ, καὶ μὴ * ἀνεδέχετο αὐτὸν ὅμοιον τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις γενέσθαι. Ὅσα δὲ εἰ μὴ πάντα διελθεῖν, δι' ὧν προσβαθύνομεν ῥητῶν ὅτας ἐχόντων, μηδὲ γένηται εἰκῆ πρᾶμμα τοῖς ὀρφανοῖς αὐτοῦ, ἀλλ' ὧν οὐκ ἐμνήσθη ποιῆσαι ἔθνος. καὶ κατεδίωξεν * ἄνθρωπον πένητα καὶ πτωχὸν, καὶ κατανενυγμένον τῇ καρδίᾳ τὴν θανάσσουσαν, καὶ ἠγάπησε κατάραν, καὶ ἥξει αὐτῷ, καὶ οὐκ ἠθέλησεν εὐλογίαν, καὶ μακρυνθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. Εἰ δὲ τὶς δυνήσεται τὸ, πολύτιμος ἔσται, * κατὰ τὸ σημαινόμενον αὐτοῦ, λέγων ὅτι ἔσται μοῦ τάδε τινα, ἐνδέχεται δὲ καὶ ἑτέρως γενέσθαι, τοῦτο οὐς * ἀγνοῦς συγχωρῶμεν. * τὸν μὲν γὰρ θεὸν οὐκ ἐνδέχεται ψεύσασθαι. ἐνδέχεται δὲ πεῖ τοῦ ἐνδεχομένων γενέσθαι, καὶ μὴ γενέσθαι, φανῆναι * τὸ γενέσθαι αὐτὸ καὶ * μὴ γενέσθαι. Ἑκάτερον δὲ τούτων ἐστὶ μὴν ὄντως. Εἰ ἐνδέχεται ἴδιον εἶναι ἀπόστολον ὁμοίως πέτρῳ, ἐνδέχεται τὸν θεὸν νοῆσαι πεῖ τοῦ ἴδιον, ὅτι μὴ εἰ ἀπόστολος ὁμοίως πέτρῳ. * Εἰ ἐνδέχεται ἴδιον προδοτὴν γενέσθαι, ἐνδέχεται τὸν θεὸν φανῆναι πεῖ αὐτοῦ, ὅτι προδότης ἔσται. Εἰ δὲ προδότης ἔσται ἴδιος, ὁ θεὸς τῇ προγνώσει αὐτοῦ τοῦ προφρμένων ἐνδεχομένων * δύο γενομένων, τοῦ εἶναι ἐν αὐτῷ τὸ ἀγνοῦς προγνώσκων, προγνώσεται τὸν ἴδιον προδοτὴν γενέσθαι. τὸ δὲ πεῖ ἐστὶ γνῶσις, ἐνδέχεται καὶ ἑτέρως γενέσθαι. καὶ λέγει αὕη ἡ γνῶσις τοῦ θεοῦ, ὅτι ἐνδέχεται μὴ τόνδε τόδε ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐναντίον. ἐνδεχομένων δὲ ἀμφοτέρων, οἶδα. * ὅτι * τάδε ποιήσει· καὶ γὰρ ὥσπερ ὁ θεὸς εἶπεν αὐ, οὐκ ἐνδέχεται τόνδε τινα τὸν αἰθέρα πτῆσιν, ὅτι χρησιμῶν, φέρε εἰπεῖν, πτεῖ τινος δίδοῦς, ὁρᾷ ὅτι οὐκ ἐνδέχεται τόνδε σωφρονῆσαι. δύναμις μὲν γὰρ πολύτιμος οὐκ ἔστι τοῦ πτῆσιν ἴδιον ἀμῶς ἐν ᾧ αἰθέρι, δύναμις δὲ ὅτι τοῦ σωφρονῆσαι, καὶ τοῦ ἀκολασῆσαι. ὧν ἀμφοτέρων δυνάμεων ὑπαρχουσῶν, ὁ μὲν προσέχων λόγοις * ὀπτρεπτικοῖς καὶ παιδευτικοῖς, ἑαυτὸν ἐπιδίδωσι τῇ χρείᾳ. κρείττον δὲ ὁ ζητήσας τὸ ἀγνοῦς, καὶ εἰώσας βεβαιωμένος καὶ αὐτὸ ἴδιον ζητεῖ δὲ ὅδε μὲν τοῦ μὴ ἐπεὶ ἐπιρρέπει ὅτι τοῦ ἡδονῶν. ὅδε δὲ ὀξεπαίζει πεῖ αὐτῷ, * αἱρεθεὶς ἀπὸ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν, καὶ λόγῳ προσπλεκθῆ. πάλιν τε αὖ ὅδε μὲν αἱρεῖται τοῦ ἡδονῶν, καὶ ὁ δυνάμενος ἀπολέσθαι αὐτῷ ἀνὴ οὐκ ἀγωνιῶν. ὅδε δὴ κατὰ φύσιν αὐτῷ, τὸ ἄφρον ὁρῶν τὸ ἐν αὐτῷ πολλάκις τυγχάνοι· ὅτι * μόνοιγα ἡ προγνῶσις τοῦ θεοῦ οὐκ ἀνάγ-

* Philoc. & Vig. ἐν ἀνάγκῃ

* Philoc. τίνος & κατεστενυγμένον

* Philoc. ἐν τῷ

* Philoc. ἀγνοῦς.

* Philoc. Cold. εἰ

* Philoc. γένοι, & γένοι, & ἄνοι

* Philoc. τὸ

* Philoc. ἐν

* Philocal. ἄνω, τὸ ἀν. χωρὶς τοῦ ἀν ἴδιον τὸ ἀγνοῦς, προγνωσκων

* Vig. τόνδε

* Vig. ὀπτρεπτικοῖς

* Philoc. ἐπὶ ἡδέα

* Philoc. μὴ ἄν

A citur. Qui si ad proditionem vi ac necessitate raperetur, nec reliquis Apostolis per eam similis esse posset, omni profecto crimine ac probro vacaret. Vide ergo num id ipsum disertis hisce Propheta, conceptisque verbis aperiat: *Nec sit qui misereatur pupillis eius, pro eo quod non est recordatus facere misericordiam: Et persecutus est hominem inopem, & mendicum & compunctum corde mortificare. Et dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.* Sin autem illud idem, quod omnino futurum dicitur, ita quis, prout asseverationis ejus significatio postulat, intelliget; quasi futurum sit illud quidem, cæterum aliter etiam evenire potuisset: id tanquam verum vltro fatemur, Nam vt mentiri Deus, fallique non potest, ita quæ fieri æque ac non fieri possunt, eadem ipse futura nosce pariter, aut non futura potest. Verum diluci dius hac de re hunc in modum statuemus. Si Petro similis Apostolus Iudas esse potest, potest etiam Deus Iudam Apostolum Petro similem futurum cognoscere. Similiter, Si proditor Iudas esse potest, potest quoque Deus illum nosce proditorem futurũ. Iam si re ipsa proditor Iudas erit, Deus sane qui vtrumque illud fieri posse prænovit, vt rei cujusque veritatem in seipso prænoscit, ita Iudam re ipsa proditorem futurum prænoscet, cum interea quod eum in modum cognoscit, aliter ex sese euenire posset. Itaque non immerito divinæ prænotioni ejusmodi oratio tribuatur. Accidere omnino potest, vti hoc ab isto fiat; nec minus tamen vti contrarium: Ego vero cum fieri vtrumque possit, alterum hoc futurum novi. Neque enim Deus, quemadmodum vt certus hic homo volet, fieri non posse pronuntiat, ita perinde ac si aliqua de re oraculũ ederet, hunc aut illum temperantem fieri posse negat. Nam cum nulla prorsus ad volandum facultate instructus homo sit, ejusdem tamen potestatis est, vel temperanter, vel intemperanter viuere. Ita cum vtramque facultatem habeat, qui cohortationes, & doctrinæ præcepta negligit, deteriori sese permittit; qui vitæ ad veritatis normam exigendæ studio, in eius indagatione versatur, is ad meliorem sese adjungit. Cæterum quod alter de vero indagando minus laboret, voluptatis id cupiditate fit; alter vero quod ejus studio magnopere teneatur, hoc certo quodam, proprioque consilio facit, ad quod partim ipsa notione, sensuque communi, partim cohortatione adductus est. Præterea voluptatem alter non eo complectitur, quod adversus eam consistere nequeat, sed quod pugnare cum ea, luctarique nolit: calcat eandem alter, quod adjunctam ei vt plurimum turpitudinem ferre non possit. Ac

Psalm. 108. 11, 16, 17, 18.

nullam prorsus à divina prænotione, rebus iis quas prævidet, necessitatem imponi, cum superioribus argumētis, tum hoc insuper efficitur, quod in sacris passim literis Prophetæ ad pœnitentiam homines cohortari jubeantur, idque perinde, ac si vtrum ij meliorem ad frugem sese receperint, an suis in sceleribus hæsuri porro ac perstituri sint, ignoraret. Sic apud Hieremiam habetur: *Forsitan audient, & agent pœnitentiam.* Neque enim quod audituri sint, necne, minus intelligat, idcirco hunc in modum ipse loquitur: *Forsitan audient & agent pœnitentiam*, sed vt illam quodammodo parem in vtramque partem, vim facultatum his verbis ostendat: ne qui jam ante prænotionis ejus certitudinem audierint, ij proinde ac si & ea necessitatem inferret, nec meliorem vitam instituere arbitrij foret sui, animos deinceps ac spem omnem abjiciant, adeoque in peccatum ab illa propemodum impellantur. Deinde vero, ne qui dum prævisum eos bonum lateret, pugna cum improbitate suscepta, vitam ex virtutis norma instituere potuissent, eos talis contra prænotio remissiores ac solutiores efficiat, quod dum plane bonum illud futurum putarent, minori propterea cum peccato animi contentione pugnarent. Sic enim ipsa prænotio futurum quoque bonum impediret. Quamobrem qui orbem vniversum præcipuo rerum bono moderatur Deus, idem nos sapienter omnino futuris in rebus cæcos esse voluit. Earum enim cognitio, vti nostrum adversus improbitatem impetum, constantiamque frangeret, ita dum certa fixaque videretur, longe nos citius atque facilius, omni contentione abiecta, sceleris in dominatum ac potestatem adduceret. Imo, pugnarent ista secum, vt idem & probus euaderet, & certo probum se futurum esse prænoscet. Nam cum præter ea quæ nobis indita sunt, magno insuper ad virtutem parandam ac vehemēti conatu opus habeamus, tū occupata semel ista virtutis certo futuræ, præceptaque cognitio, vim exercitationis omnem debilitat. Ita probine futuri simus an improbi, summo vtique nostro bono ignoramus. Sed quoniam divino consilio factum esse diximus, vt rebus in futuris cæcutiamus, videnum inde fortassis huic Exodi quæstioni lucis à nobis aliquid affetti possit: *Quis fecit surdastrum ac surdum, videntem & cæcum? nonne ergo Dominus Deus?* vt cæcum patiter ac bene oculatum hoc sensu fecisse dicatur, in præsentibus oculatum, cæcum in futuris. Nam surdastri quidem, surdique rationem ac discrimen exquirere, hujus loci non est. Quanquam plurima sane, quæ juris nostri non sunt, multorum etiam quæ nostra in potestate sint, causam interdum esse, fatemur ipsi quoque: ac propterea nisi ea, hoc est, in quæ potestatis

Ierem. 26. 3

Exod. 4. 11

A κεν ὑποπίπτοι τοῖς πάλαι ὧν κατείληφε, πρὸς τοῖς * προφερομένοις καὶ τοῦτο λέγεται, ὅτι πολλαχοῦ τῶν γραφῶν θεὸς κελεύει τοὺς παρεφέτας κηρύττειν μετάνοιαν, καὶ παρεσκευασμένος τὸ * ἐγνωκέναι πότερον οἱ ἀκούσαντες ὑπερέψονται, ἢ πῖς ἁμαρτήμασιν ἑαυτῶν ἐμμένοιν. ὥσπερ ἐν τῷ ἱερεμίᾳ λέγεται, Γνοῦς ἀκούσονται καὶ μετανοήσουσιν. ἢ γὰρ ἀγνοεῖν ὁ θεὸς πότερον * ἀκούσουσιν, ἢ οὔ, φησὶν, Γνοῦς ἀκούσονται, καὶ μετανοήσουσιν· ἀμφοτέρωθεν τὸ ἰσοστάσιον τῶν δυνάμεων ἡμῶν ἀφεῖς δίκης ἐκ τῶν λεγομένων, ἵνα μὴ παρεκπλήξαντες ἀκούσωσι, δόξαν ἀνάγκης παρίσταται, ὡς οὐκ ὄντος ἐπ' αὐτοῖς τοῦ ὑπερέψαι, καὶ οἰονεὶ καὶ αὐτὴ αἰτία γένοιτο τῶν ἁμαρτημάτων. ἢ πάλιν πῖς οὐκ τὸ ἀγνοεῖν τὸ παρεγνωσμένον κακὸν, δυναμένοις ἐν τοῦ ἀγωνίσασθαι, καὶ ἀντείνῃ πρὸς τὴν κακίαν ἐν ὀρεκτῷ εἰσίοντα, αἰτία γένοιτο ἡ παρόγνωσις εἰκόνος, οὐκ ἔτι θυτέρους ἰσαμένοις καὶ τῶν ἁμαρτίας, ὡς πάντως ἐσομένου τοῦ * παρεφερομένου. καὶ τοῦ γὰρ ὅλου ἐμποδίζον γένοιτ' ἂν ἡ παρόγνωσις τοῦ ἐσομένου καλοῦ. πάντα γοῦν κωλύοι, ὁ θεὸς τὸν καὶ τὴν κόσμον οἰκονομῶν, ἀλόγους ἡμᾶς καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα ἐπύφλωσεν· ἡ γὰρ * γνῶσις αὐτῶν ἀφῄρει μὲν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ εὐλαβῆ καὶ τὴν κακίας, ἐπόδεφε δ' ἂν δέξασα κατέλαβεν, πρὸς τὸ μὴ αὐτοπεγαθόρτας ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ, τάχιον αὐτῇ ὑποχείρας γένοιτο. ἅμα δὴ καὶ * μαχόμενον ἐλέγετο τοῦ καλοῦ, καὶ ἀγαθὸν γένοιτο τινὰ τὸ τοῦ παρόγνωσιν ἐλπιζόμενα ἢ τὸ δὲ τινὰ, ὅτι πάντως ἔσται * ἀγαθός. πρὸς οἷς γὰρ ἔχομεν καὶ σφοδρότητος καὶ τάσεως πλείονος χρεία, πρὸς τὸ κακὸν καὶ ἀγαθὸν γένοιτο. παρεκτελεσθέντα δὴ καὶ γνῶσις, τοῦ πάντως κακὸν, καὶ ἀγαθὸν * γένοιτο ὑπεκλύῃ τοῦ ἄσκησιν. διόπερ συμφέροντος οὐκ ἴσμεν ὅτε ἢ ἀγαθοὶ, ὅτε ἢ πονηροὶ ἐσόμεθα. ἐπεὶ δὴ ἐφάκαμεν ὅτι ἀπεπύφλωσεν ἡμᾶς πρὸς τὰ μέλλοντα ὁ θεός. ζητήσωμεν τὴν ἀπὸ τοῦ ἐξόδου, εἴ τι καὶ δυνάμεθα ὅπῃ τὰ φανεῖσα, τὸν ἐποίησε δύσκωφον, καὶ κωφὸν, καὶ βλέποντα καὶ τυφλὸν; οὐκ ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς, ἵνα * τὸν αὐτὸν καὶ τυφλὸν καὶ βλέποντα ποιήσῃ ἢ. βλέποντα μὲν πρὸς τὰ ἐνεστῶτα τυφλὸν δὲ πρὸς τὰ μέλλοντα. τὸ γὰρ ἐπὶ τοῦ δυσκώφου, καὶ κωφοῦ, καὶ τοῦ πρόσω κατεγνῶ διηγήσασθαι. ὅτι μὲν πολλὰ τῶν ἐφ' ἡμῖν αἰτία πλάσται τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστι, καὶ ἡμεῖς ὁμολογήσαμεν. ὧν μὴ ἐνόντων, λέγω δὲ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, οὐκ ἂν πάντα τινὰ τῶν ἐφ' ἡμῖν

* Philon. ἐκκαλοῦνται τοῦ λέγειν.

* Philon. παρεγνωκέναι.

* Philon. μετανοήσειν

* Philon. πρόσω τινὶ

* Edd. Philon. ἐφ'

* Philon. κατεγνωσμένον

* Philon. μαχόμενον τοῦ αἰτ.

* Philon. ἔχοντες, πρὸς οἷς ἔχομεν. ἢ καὶ σφοδρότητος

* Philon. γένοιτο.

ἐ πρόσθεν. * προσήκει δὲ τάδε λυσὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἀκόλουθα τοῖς * προγεγενημένοις, οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐνδεχομένου τοῦ ὅτι τοῖς αὐτοῖς * προγεγενημένοις, καὶ ἕτερα προσέξαι πρὸ ἃ προσέτυχεν. εἰ δὲ τις ζητεῖ τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀπολελυμένον εἶναι τοῦ πάντος, ὥστε μὴ δεῖν * τάδε τινὰ συμβεβηκότα ἡμῖν ἡμᾶς αἱρεῖσθαι τάδε, ὅτι λάλησαν κόσμου μέρεσιν, καὶ ἐναρμονιόμενος αὐθέκτων κοινωνίᾳ καὶ τοῦ περιέχοντος. μέχρις μὲν οὖν ὡς ἐν ὀλιγοστῇ δίμοιρα ἀποδεδεῖχθαι τὸ τῶν ὁρόγνωσιν τοῦ νοῦ μὴ εἶναι κατανανκαστικὸν τῶν προγεγενημένων πάντως. φέρε δὴ ἀγωνιστόμεθα καὶ περὶ τοῦ τῶν ἀστέρων μηδαμῶς εἶναι ποιητικοὺς τῶν ἐν αὐθέκτοις, σημαντικοὺς δὲ μόνον. σαφὲς δὲ ὅτι τὸ δὲ τὶς ὁ σημαντικὸς τῶν ἀστέρων ποιητικὸς νομίζοιτο τῶν δὲ λεγομένων τῶν γινομένων περὶ * τῶν αὐθέκτων, ἔστω γὰρ περὶ τούτων νῦν ζήτησις τὸ λόγον, οὐκ αὐτὸ σήμερον, φέρε εἰπεῖν, μόνον σημαντικὸς περὶ τάδε, δυνάμει νοήσεως πεποιηκέναι τὰ πρόγνωσα * δι' ἕτερον, ἢ καὶ περὶ ἑτέρου. πῶς γὰρ τὸ ποιοῦν τρεσβύτερον πεποιημένον, ὅσον ὅτι τοῖς μεθήμασι τῶν τοιούτων ἐπαγγελλομένοις, πρεσβύτερα σημαίνειν προσλέγειν νομίζει περὶ τοῖς αὐθέκτοις ἐπαγγέλλον; γὰρ τάδε λυσὶ τοῦπον τὸ ὄφειλον λαβόντες τῶν δὲ τῶν αὐθέκτων, καταλαμβάνει πῶς ἕκαστος τῶν πλασμένων * κατὰ κάθεν, ἢ τὸ δὲ μέρος τοῦ ζωδίου, ἢ τὸν ἐν αὐτῇ λεπίδα, ὃ πῶς ἀστὴρ τοῦ ζωδιακοῦ, καὶ τοῦ ἀνατολικοῦ ἐτύγχανεν ὢν ἐν ὁρίζοντος. πῶς τε καὶ πρὸ δυτικοῦ, καὶ πῶς καὶ τοῦ μεσουρανήματος, καὶ πῶς καὶ τοῦ ἀνεμεσουρανήματος. καὶ ἐπὶ πάσι τοῖς ἀστέρας, οὓς νομίζουσι ἑαυτοῖς ἐσημαντικέναι, καὶ τὸν κανόνα τῆς τοῦ δεῖνος γενέσεως ἐσημαντισμένους ὑπωσί, ὃν χρόνῳ τῶν * ἀποπάλεως τοῦ αὐθέκτου δεῖ σκοπεῖν, καὶ μόνον τὰ μέλλοντα ἐξετάζουσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ παρῳχηκυῖα, καὶ τὰ πρὸ τῆς γενέσεως καὶ τῆς συνόρας τοῦ αὐθέκτου ὁ λόγος γεγενημένου, αὐθέκτοις ποτὲ ὢν τυγχάνει, πλούσιος ἢ πένης. ὁλόκληρος τὸ σῶμα, ἢ σεσωμένος. τὸ ἔθος εὐγενῆς, ἢ κάκιστος. ἀκτήμων, ἢ πολυκτήμων. τίνος δὲ τὴν πρόσθεν τίνος δὲ ἔχων. τὰ δ' αὐτὰ καὶ τοῦ αὐθέκτου μήκους, καὶ τοῦ πρεσβυτέρου ἀδελφοῦ ἢ τοῦ νεωτέρου ὄντες. ἔστω δὲ ἡμᾶς ὅτι τὸν πρόνοιαν πρεσείας αὐτοὺς καὶ δηλαμβάνειν τὰ ἐν τῷ τόπῳ ἀγνοῦσι αὐτοῦ καὶ καὶ αὐτοῦ ὕστερον δεύτερον ὅλη καὶ χρόνος τινὰς ἐγγὺς τοῦ σώματος τοῦ ἀνθρώπου τῶν ἀπολαμβανόντων κατὶ αναγκαίας ἀπὸ τῶν ἄστρων τὰ

A ac juris habemus nihil, antecederent, ne hæc quidem aut illa sequutura esse, quæ nostra tamen ex libertate pendent. Cæterum ita quidem eorum nonnulla, quæ in nobis sita sunt, alia quæ potestatis nostræ non sunt, antegressa consequuntur; vt ijs etiam antegressis, à nobis præter ea quæ fiunt, fieri quoque alia possint. Quod si erit quispiam, qui voluntatis nostræ vim ac potestatē adeo nulla cū vniuerso cōiunctione teneri volet, vt hoc aut illud, quod certa quædam antecesserint, eligi à nobis interdum, optarique neget: is profecti se B mundi partem esse oblitus erit, ac sese hominum communione, totiusque circumfusi aëris habitu contineri. Ac mihi quidem pro loci hujus ratione modice adhuc, quasique compendio demonstrasse videor, nihil omnino rebus ijs quas prænouerit, à diuina prænotione necessitatis afferri. Deinceps id agamus, vt ne stellas quidem ipsas rerum humanarum vllo modo caussas, sed earum tantum signa quædam esse ostendamus. Primum igitur id plane constat, vt certum quemdam stellarum situm, certarum quoque rerum quæ ad hominem pertineant, caussam esse demus: (nam C de hoc in præsentiarum instituta quæstio fit.) qui tamen hodierna die, verbi gratia, certo cuidam homini earum situs extiterit, eundem rerū earum caussam esse nullo modo potuisse, quæ in alio quopiam, aliisve pluribus jam ante contigerint. Quidquid enim aliud efficit, eo quod efficitur, prius esse debet. Atqui eorum præceptis qui artem istam profitentur, id quoque fieri posse vulgo putant, vt quæ tali situ priora sunt, de hominibus vulgo prædicantur. Quippe sibi enim hoc isti sumunt, D vt vbi semel horam vnius alicujus hominis singularem certo quodam modo deprehenderint, exploratum ipsi continuo habeant, ecquem ad perpendiculum siderum errantium quotlibet situm in hac illave signi parte, partisque minutijs obtineret; simulque quod nam Zodiaci astrum in orientali Horizonte, quodnam in occidentali versaretur; quænam item medium vtriusque hemisphærij cœlum adversa positione occuparent. Atque vbi stellas eas, quarum sibi animo figuram videntur & collocationem informasse, hoc illóve situ E sub alicujus ortum fuisse posuerunt; tum ij vero ex illo ipso tempore, quo editus in lucem is est, cujus fatum rimantur, non futura modo sed etiam præterita, quæque ejusdem & ortum & fatum antecesserint, conjiciunt; qualem ipsa patrem habeat; diuitem an tenuem; integri corporis, an mutili; bonis an malis moribus; amplane an angusta re familiari; hoc an illud complexum vitæ genus; similiaque tam de matre, quam de fratribus, si qui sint, natu majoribus inquirunt. Nos vero, vt demus interim (quod ipsum tamen falsi postea coarguemus) exquisite ab ijs totam illam situs Astrorum, locique rationem teneri posse: quæramus ex ijs tamen, qui rebus humanis vim à syderibus afferri pu-

tant, qui tandem hodiernus iste situs rerum tempore superiorum caussa esse possit. Nam id si fieri nullo modo potest, profecto etiam, dum ijs de rebus veri quidpiam inuenitur, plane consequens est, vt præsens hic astrorum in cœlo motus, quæ jam ante contigerunt, quam eiusmodi situm obtinerent, efficere non potuerit. Sin aliquis forte erit, qui ad veritatem ijs hoc in genere concedendam, rerum futurarum præsensionibus adducatur; fatendum ipsi tamen, verum ab illis eo prænuntiari tantum, quod illud Astra futurum significent, non quod efficiant. Quod si alius præterita non jam à sideribus effici concedet, sed cognitionis eorum caussa in priores alias positiones figurasque translata, solam hodierno situi significationem relinquet: sic tamen vt præsenti siderum sub ortum certi hujus hominis collocationi certam futurorum prænotionem deberi velit: afferat ille porro discriminis rationem, quamobrem alia tanquam effecta vi syderum, alia tanquam ab ijs modo significata, vere cognosci posse defendat. Quod illi discrimen cum assignare nullum possint, nobiscum deinceps ingenue, nihil eorum quæ ad homines pertineant, à syderibus effici fateantur, sed tantum, vti jam ante diximus, vt cumque significari. Quod perinde omnino fuerit ac si quis non jam ex iisdem syderibus, sed per aliquam Prophetiam, ex ipsamet Dei mente res aut præteritas aut futuras intelligeret. Quemadmodum enim superius ostensum à nobis est, quod Deus, quæ à quoque profectura sint, omnia prænoverit, id nihil prorsus voluntatis nostræ potestati officere: ita nec eidem, quæ rerum signa Deus esse voluit, incommodant. Sed voluminis alicujus instar, futurum prophetica dictione complexi, vniverso quoque cœlo, qui Dei liber quidam est, contineri futura possunt. Itaque hunc in modum intelligi potest, quod in Iosephi precatione à Iacobo dicitur, *Legit in tabulis Cœli, quæcunque accident vobis & filijs vestris.* Quinetiam illud, *Complicabitur Cœlum quasi liber*, eo fortassis pertinet, vt impressas ipsi rerum futurarum significationes perfectum, quasique completum iri demonstret, quemadmodum ipso rerum exitu completo vulgo Prophetarum dicuntur oracula. Atq; ita signorum vt vice fungerentur, constituta diuinitus Astra fuerint, iuxta illud: *Sint in signa.* Quamquam Hieremias, vti & nobis nos ipse reddat, eoque metu liberet, quem ea nobis afferre possent, quæ ab Astris vel significari, vel proficisci quandoque videantur, ita monet: *A signis Cœli nolite metuere.* Iam vero aliud præterea videamus argumentum, quod sideribus efficiendi nullam, sed aliquam tantum (si vel ipsa tamen dari potest) significandi vim re-

Isa. 34. 4.

Ierem. 10. 2.

A τῶν αὐθεφήτων τερατεύματα, τίνα ἆρα ὁ σήμερον σημασιολόγος οὗτος δεῖ δυνάμει πεποιηκέναι τὰ παρεσόμενα. ἢ γὰρ τοῦτο ἀμήχανον, * καθ' ὃ δὴ ὅτι εὑρίσκεται τὰ νῦν ἐν τῷ παρεσομένων τῶν χρόνων ἐξηλεγμένοις, ἐφεῖς τὸ μὲν πεποιηκέναι τοὺς ἀστέρας ὅτι νῦν κινουμένους ἐν οὐρανῷ τὰ παρεληλυθότα καὶ ἐνεστῶτα, πρὸ τοῦ ὅτου ἐστὶν αὐτοῖς. ἢ δὲ τοῦτο τάχα ὁ παρεστὼς λόγος ἀληθεύειν αὐτοῖς, * ὑπεκτίσας τοῖς τοῦ ἐν μηνὶ τῶν μελλόντων λεγομένοις, ἐρῇ ἀληθεύειν αὐτοῦς, οὐδὲ ἢ ὑπ' αὐτῶν ἀστέρας, ἀλλὰ σημαίνειν μόνον. εἰ δὲ τις φάσκοι τὰ μὲν παρεληλυθότα μὴ ποιεῖν τοὺς ἀστέρας, ἀλλὰ ἀλλοῖς μὲν σχηματισμοὺς ἐκ ἐκείνων γεώσεως αἰτίους γεγενέναι. τὸν δὲ νῦν σχηματισμὸν σεσημαγκέναι μόνον. τὰ μὲν τοι μελλόντα δηλονότι ἀπὸ τῆς ἐνεστώτος σχηματισμοῦ τῆς τοῦ δεῖνος γενέσεως, ὑποστήσατο τὴν διαφορὰν, τὸ ἀπὸ τῶν ἀστέρων δυνάμει δεῖξαι, ὅτι τάδε μὲν γενόμενα ἀληθῆ ὡς ἀπὸ ποιούντων. τάδε δὲ ὡς ἀπὸ σημαινουσῶν μόνον,

B

C

μὴ ἔχοντες δὲ δοῦναι τὴν διαφορὰν, ὁμογνωμόνως συγκαταθήσονται, μηδὲν τῶν τοῦ θεοῦ ἀνθρώπους ἀπὸ τῶν ἀστέρων γίνεσθαι. ἀλλ' ὡς παρεγράψαμεν, ἢ ὅρα σημαίνεσθαι, ὡς ἢ μὲν καὶ ἀπὸ τῶν ἀστέρων τὴν ἐλαμβάνει τὰ παρεληλυθότα καὶ τὰ μελλόντα, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ νοῦ τοῦ θεοῦ, ὁλόλυνος λόγου παρεφηλικοῦ. ὥσπερ γὰρ παραδείξαμεν, ὅτι οὐδὲν λυπεῖ τὸν θεὸν τὸ ἐφ' ἡμῖν λόγον, τὸ τὸν θεὸν ἐθέλειν τὰ παρεγραμμένα σήματα ἑκάστῳ, οὕτως οὐδὲ τὰ σήματα, ἃ ἔταξεν ὁ θεὸς ἐφ' τὸ σημαίνειν, * ἐμποδίζειν τὸ ἐφ' ἡμῖν. ἀλλὰ παραπλησίως βιβλίῳ τινὶ τὰ μέλλοντα παρεφηλικῶς ὁ πᾶς οὐρανὸς δυνάσθαι, οἱονεὶ βίβλος ὢν θεοῦ, τὰ ἐν χρόνῳ τὰ μελλόντα. ὁλόφω ἐν τῇ παρεσβυχῇ τοῦ ἰωσὴφ δυνάσθαι οὕτω νοεῖν τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ ἰακώβ, ἀναγνῶ δὲ ἐν ταῖς πλαξὶ τοῦ οὐρανοῦ, ἃ συμβήσεται ὑμῖν καὶ τοῖς υἱοῖς ὑμῶν. τάχα δὴ καὶ τὸ, πλησθήσεται ὁ οὐρανὸς ὡς βιβλίον, τοῖς λόγοις τοῖς παρεληλυθόσι, σημαντικοὶ τῶν ἐν σήμερον δηλοῖ ἀπαρτισθησόμενοι, καὶ ἵν' ὅτου ἤτοι, πληρωθησόμενοι, ὥσπερ λέγονται αἱ παρεφητεῖαι τοῦ πεπληρῶσθαι τῷ ἐκβεβηκέναι, καὶ ὅτου ἔστι τὰ σημεῖα τὰ ἄστρα γεγονότα, κατὰ τὴν λόγου φωνὴν, Ἔστω εἰς σημεῖα. ὁ δὲ ἱερεμίας ὑπεστρέφων ἡμᾶς πρὸς ἑαυτοὺς, καὶ παραιρῶν φόβον τὸν ὑπὲρ τοῖς νομιζομένοις σημαίνεσθαι. τάχα δὲ καὶ ἐπολαμβανομένοις ἐκεῖθεν ἔρχεσθαι φησιν, ἀπὸ τῶν σημείων τοῦ οὐρανοῦ μὴ φοβεῖσθε.

D

E

ἐδυνάμην καὶ δεύτερον ὁπτικεῖρημα, πῶς δὲ δυνάσθαι οἱ ἀστέρες εἶναι ποιητικοὶ, ἀλλ' εἰ ἄρα σημαν-

πικοῦ. ἀπὸ ὧν πλείστων γὰρ ὅσων γενέσεών ἐστι λαβεῖν τὰ περὶ ἑνὸς ἀνθρώπου. τοῦτο δὴ καθ' ὑπόθεσιν λέγομεν, συγχωροῦντες δ' ὅπερ ἐπιτιμῶν αὐτῶν ἀναλαμβάνεσθαι νεανικῶς· ἀνθρώπων δυνάσθαι. φέρε γὰρ ἡμῖν περὶ τοῦ τοῦδε τοῦ τρόπου τόδε, καὶ πεπυθόμεθα τοῦ τοιούτου λησταῖς χρῆσθαι καὶ δυαιρεθῆναι τὰ φησι, δυνάσθαι γενεθαι ἀπὸ τῶν τῆς ἰδίας αὐτοῦ γενέσεως, κἂν τύχῃ ἔχων ἀδελφοὺς πλείονας ἀπὸ τῆς ἑκάστου αὐτῶν. πῶς γὰρ οἷόν τε ἕκαστον γένεσιν, ἀδελφὸν ὑπὸ λῃστῶν πεπτωκότα ὁμοίως καὶ τὸν τοῦ πατρὸς καὶ τὸν τῆς μητρὸς, καὶ τοῦ γαμετοῦ, καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν οἰκετῶν, καὶ τῶν φιλτάτων. τάχα δὲ καὶ αὐτῶν τῶν δυαιρεσιῶν. πῶς οὖν δυνατὸν τὸν τοσούτοις γενέσεσιν, ἵνα αὐτοῖς τοῦτο συγχωρηθῇ, ἐμπεριεχόμενον γίνεσθαι ὑπὸ τοῦ σημαντικοῦ τῶν ἀστέρων, τοῦδε μᾶλλον τῆς γενέσεως, ἢ τοῦδε; ἀπίθανον γὰρ καὶ τὸ φάσκειν, τὸν σημαντικὸν τὸ ἐν τῇ ἰδίᾳ τοῦδέ τινος γενέσει, τοῦ πεποιηκέναι. τὸ δὲ ἐν τῇ τοῦδε γενέσει μὴ πεποιηκέναι, ἀλλὰ σεσημαγκέναι μόνον· ἢ λίθιον γὰρ τὸ φάσκειν ὅτι ἡ τῶν πατρῶν γενεσις τοιεῖχε καθ' ἕκαστον * ποιητικὸν τοῦ τόνδε δυαιρεθῆναι. ὥστε ἐν γενέσεσιν, καθ' ὑπόθεσιν λέγω, πεντήκοντα τοιεῖχε τὸ τόνδε τινὰ δυαιρεθῆναι. οὐκ οἶδα δὴ ὅπως δυνήσονται σῶσαι, τὸ τῶν μηδὲν ἰσοδύναμα φέρον πατρῶν ποιόνδε εἶναι τὸν σημαντικὸν ὅτι τῆς γενέσεως, ὡς ὀκταήμερον αὐτοῦ λαμβάνειν τοιεῖν, ἀκρωτηριαζομένους καὶ * ἐξικμένους, καὶ φλεγμονῇ * τοιεπεσομένους καὶ καύμασι, καὶ ἅμα τῇ τοῦ εἴου εἰσόδῳ, ἰαῦλον δεομένους. τῶν δὲ ἐν ἰσμαηλίταις τοῖς κατὰ τὴν Ἀραβίαν, ποιόνδε, ὡς πατρὸς τοιτέμνεσθαι τεισκαιδεκαετοῦς. τοῦτο γὰρ ἰσόρροπον τοῖς αὐτῶν· καὶ πάλιν τῶνδέ τινων τῶν ἐν αἰθίοψι, τοῖς δὲ τοῖς κόγχαις τῶν γονάτων τοιαιρεῖσθαι, ἐν τῶν ἀμαζόνων τοῖς ἑτέροις τῶν μαστῶν. πῶς γὰρ τοῦ ποιεῖν οἱ ἀστέρες τοῖσδε τοῖς ἔθνεσιν; οἴμαι ὅτι * ἐπιτεῖναι γὰρ τοῦδε τοῦδε τοῖς τῆσαι δυνησόμεθα τὴν ἀνηλεῆ εἰπεῖν πεῖραν αὐτῶν. τοιούτων δὴ φερομένων ὁδῶν τοιεγνωστῶν, οὐκ οἶμαι ὅπως ἐξικνοῦνται οἱ ἀδελφοὶ ὅτι ὁ τοῦ κατὰ οἰωνιστικὴν καὶ τὴν θυτικὴν μὴ λέγειν τοιεῖν γὰρ ὁ ποιοῦν ἄτοπον, ἀλλὰ σημαίνειν μόνον, * καὶ τοῦ ἀστρονομικὴν. οὐκ ἔτι δὲ τοῦ γενεθλιολογικήν. εἰ γὰρ ἐπιγινώσκεται, ἵνα καὶ χρειῶμεθα τὸ γινώσκειν, δεῖ δὲ ὁκοῦθεν ὅθεν ἡ γνῶσις λαμβάνει, ἢ μᾶλλον ἀπὸ τῶν ἀστέρων ἢ ἀπὸ τῶν οἰωνῶν ἔτι τὰ γινόμενα; * καὶ μᾶλλον ἀπὸ τῶν οἰωνῶν, ἢ ἀπὸ τῶν σπλάγχνων τῶν θυομένων, ἢ ἀπὸ τῶν

* vig. τὸ ἐπιτεκνον

* vig. ἐλκωμένους * Edit. vig. πτεπτεοῦσι

* vig. εἰ δὲ τοῦ ἐθνεσιν, vig. οἴμαι ὅτι τοῦ μέχει

* vig. ἐκ τοῦ τοῦ ἀστρονομικὴν, καὶ τοῦ γενεθλιολογικὴν.

* vig. καὶ τί μέλλει

A linquat. Docebunt enimvero infiniti rerum ortus, quæ vni duntaxat homini eventura sint, (id quod tamen ex hypothesi dictum esse velim, perinde ac si eorum in cognitionem homines venire posse concedamus:) Quod enim hic aut ille certi quidpiam subiturus sit, puta jugulādus à latronibus in quos inciderit; hoc isti quidem partim ex singulari ejus ortu, partim ex fratrum, si plures numeret, singulorum natalitijs haberi posse defendunt. Fratris enim cædem latronum manu futuram singulorum, necnon parentis vtriusque, imo conjugis etiam, liberorum, famulorum, ac necessariorum, adeoq; interfectorum ipsorum fortassis ortu inclusam teneri putāt. Quemadmodum ergo fieri potest, vt qui tot aliorū (demus enim hoc interim) natalitijs initoluitur, idem Astrorum huic potius generationis quam cæteris præsidentium positioni addicatur? Incredibile enim est, positionem, quæ singulari vniuscujusdam ortuj præfuerit, hujusmodi exitus causā fuisse: quæ cæterorum in natalitijs extiterit, non fuisse, sed ejus modo significationem aliquam dedisse. Nec minus insulsum fuerit, omnibus ac singulis plurium istorum natalitijs hominis vnius cædis causam includere: quasi generationibus ex hypothesi quinquaginta, certi vnius hominis occisio comprehensa teneretur. Iam intelligere profecto non possum, qui tandem Iudæos omnes ea nasci Astrorum positione defendent, vt octauo die circumcidi cunctos oporteat, itaque summa cute truncati, torqueri, ardenti tumore inflammari, lacerari vulneribus, postremo vix natos Medicorum arte ac manibus indigere. Ismaëlitas contra eos, qui Arabiam tenent, eo situ in lucem edi, vt omnes circa annum decimum tertium circumcidi necesse sit. Id enim hoc de hominum genere commemorant. Præterea qui fiat, vt certis quibusdam apud nonnullos Æthiopiæ populos genuum patellæ, Amazonibus mammarum altera reseretur. Quomodo enim similia, certis duntaxat in gentibus siderū vis efficiat? Equidem sic existimo, veri nihil hoc in genere, in quo vel leuiter hærere liceat, excogitari à nobis, asserique posse. Cæterum cum tam multæ prænoscendi artes circumferantur, non video quāobrem in id potissimum homines impegerint, vt Augurali & Haruspicinæ efficiendi vim negarent, significandi tantum concederēt, idem tamen de eâ quæ in Stellarum & natalitiorum consideratione versatur, non sentiant. Nam si cognosci futura possunt (hoc enim in præsentiā demus;) idemque cognitionis illorum est effectionisque principium: cur in stellas potius, quam in aues, eorum quæ fiunt, causa conferatur? vel cur auibus eadem potius, quam aut victimarum extis, aut

discurrentibus ignibus assignetur? Hactenus quidem à nobis, quantum hic locus postulabat, cõsutata illa sententia est, quæ rerum humanarum effectionem à sideribus pendere statuebat. Quod autem paulo ante, cum nihil susceptæ disputatoni officeret, vltro concessimus, cœlestes illas positiones, signa, quorumque signa illa sint omnia, facultatis humanæ viribus intelligi posse: id verumne sit nunc demum exquiratnus. Primum igitur Artis hujus Magistri docent, qui ad veram ac perfectam rerum genethliacarum cognitionem aspiret; tenendum huic esse non modo quanam in parte duodecimâ, sed etiam quanam in illius duodecimæ particula, imo ecquâ tandem in sexagesima versetur Astrum. Addunt vero qui rem expendunt accuratius, quanam in illius sexagesimæ sexagesimâ. Quod idẽ ipsi errantiũ in sideriũ quolibet faciendũ esse præcipiunt, mutuam singulorum, eum ijs quæ fixa vocant, comparationẽ ac respectũ vestigãdo. Deinde in ipso quoque Orientali Horizonte, non videndum esse modo, quænam duodecima pars in eum subeat, sed etiam quænam illius duodecimæ particula, quæque hujus sexagesima, primane an secunda. Quemadmodum ergo fieri possit, vt cum hora, si latius rem æstimes, duodecimæ partis dimidium complectatur, sexagesimam is teneat qui horarum diuisionis analogiam non teneat? Exempli gratiâ, nosce qui poterit, certum hunc hominem horâ quartâ, parte horæ dimidiâ, quartâ, octauâ, decimâ sextâ, secundâ & trigesimâ natum esse? Nam propter horæ, non integræ modo, sed etiam definitæ hujus certæque particulæ ignorationem, plurimum sæpe volunt, in ea quæ significantur, varietatis incidere. Et in geminis quidem, vt alterius ortus ab altero, momento sæpe vno, punctoque temporis dirimatur, multæ tamen occurrunt tam casuum, quam rerum negotiorumque varietates; partim, vt ipsi aiunt, quod stellarum diuersus in vtroque respectus fuerit, partim quod minus certam illam, quæ in Horizontem subiret, partis signi duodecimæ particulã ij tenuerint qui exploratam sese horam habuisse putauerant. Nam hoc quidem, pars ne horæ tricesima, ortus vtriusque interuallum extiterit, statuere nemo potest. Verum id quoque per nos habeant, vt exquisite horam tenere possint. Extat sane quoddam ejusmodi theorema, quo Zodiacum circulum, perinde vt errantia sidera, ab occasu in ortum ita ferri demonstrant, vt centesimo quoque anno motum hunc suum pars ejus quælibet vna conficiat. Qui motus longioris progressu temporis, in signa duodecim varietatis plurimum inferat: cum signum aliud sit, quod mente concipitur, aliud quod quasi sensu informatur: sic tamen vt ex eo tantum, quod mente concipitur, quodque vix, ac ne vix quidem teneri

A ἀφαιρούντων ἄστρων; ἐγὼ μὲν οὖν ὅτι τοῦ
παρόντος λόγου εἰς ἀναίρεσιν τοῦ ποιητικοῦ
τῆς τῶν ἄστρων τῆς ἀνθρωπίνων. ὅπερ οὐ συν-
κεχωρήκαμεν, οὐ γὰρ ἐλύετο τὸν λόγον, ὡς τῆς
ἀνθρώπων δυναμένων καταλαμβάνειν τοῦ
ἀστέρας σημαντικοὺς καὶ τὰ σημεῖα, ἃ ὧν ἐστι σημ-
εῖα, ὅπερ φέρε νῦν ἐξετάσωμεν εἰ ἀληθὲς ἐστι. φα-
σὶ πάντων οἱ τοῦ ζῴου διδάσκαλοι, τὸν μανθάνοντα τὰ κατ'
γενεθλιαλογικὴν ἀληθῶς καταλαμβάνειν, εἰδέναι
B οὐ μόνον ὃ κατ' πόστον δωδεκατημορίου ἐστὶν ὁ κα-
λούμενος ἀστὴρ, ἀλλὰ καὶ κατ' ποίας μοίρας ὃ δωδεκα-
τημορίου, καὶ κατ' ποῖον ἑξηκοστόν. οἱ δὲ ἀκριβέστε-
ροι, καὶ κατ' ποῖον ἑξηκοστὸν ὃ ἑξηκοστοῦ, καὶ τοῦτο φασι
δεῖν ποιεῖν ἐφ' ἑκάστου τῶν πλανωμένων ὀξέτα-
τον τὸν ἀρίθμον πρὸς τοὺς ἀπλανεῖς. πάλιν
αὖ ὅτι οὐ μὴ ἀπολικοῦ δεήσοντος δεῖσθαι, φασὶν,
ἰδεῖν οὐ μόνον ὃ δωδεκατημόριον ποῖον ἐν τῷ
αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ ποῖαν, καὶ ὃ ἑξηκοστὸν τῆς
μοίρας, ὃ πρῶτον ἢ τὸ δεύτερον ἑξηκοστόν. πῶς
C πάντων τῆς ὥρας πλατεῖ λόγῳ ἥμισυ δωδεκατη-
μορίου παρεκείσης, δυνάσθαι λαβεῖν ὃ ἑξη-
κοστὸν, μὴ ἔχων τὴν ἀναλογίαν τῆς διαιρέσεως
τῆς ὥρας, ὥστε φέρε εἰπεῖν εἰδέναι, ὅτι γεγόνα-
σι ὁ δεῖνα ὥρᾳ τετάρτῃ, καὶ ἡμίσει ὥρας, καὶ
τεταρτῷ, ὀγδόῳ, καὶ ἑκκαιδεκάτῳ, καὶ δυοτεσσα-
κοστῷ. πολλὰ γὰρ φασι πολλαπλῆν τὸ
σημαινόμενα, πολλὰ τὴν οὐσίαν, * ὃ τῆς * Vig. ὁ μόνον τῆς
ὅλης ὥρας, ἀλλὰ καὶ τῆς ποσημορίου αὐτῆς. διὰ
γοῦν τοῖς διδύμοις γινωμένοις, πολλάκις ὁ
D μεταξὺ καὶ ἀκριβεστάτου ὥρας ἐστὶ, καὶ πολλαὶ
πολλαγαῖ τῆς συμβαινόντων καὶ τῆς πραττο-
μένων ἐπ' αὐτῶν ἀπαντῶσιν, ὡς φασιν οἱ κρί-
νοι, πολλὰ τὴν αἰτίαν τῆς ἀστέρων τὸ
ὁ μόριον τῆς δωδεκατημορίου ὁ πρὸς τὸν ἀνέ-
λοντα, καὶ καταλαμβανόμενον ἐπὶ τῆς νομι-
ζομένων τὴν ὥραν τετηρηκέναι. οὐδεὶς γὰρ δύ-
ναται λόγῳ, ὅτι ὁ μεταξὺ τῶνδε τῆς ἡμέρας
πρὸς τὴν τῶνδε, ἐστὶν ὥρας τριακοστόν. ἀλλ'
ἔστω συγκεχωρημένον αὐτοῖς τόδε κατ' τὸ σκλη-
E ρὸν τὴν ὥραν. φέρεται δὴ θεώρημα ἀποδεικνύον
τὸν ζωδιακὸν κύκλον ὁμοίως τοῖς πλανωμένοις
φέρεσθαι ἀπὸ δυσμῶν ὅτι ἀπολαῖς δι' ἑκα-
τὸν ἐτῶν, μοῖραν μίαν, καὶ τοῦτο τῷ πολλῷ
χρόνῳ ἐνσπαρῆν τὸν ἥλιον τῆς δωδεκατημο-
ρίων. ἑτέρου μὲν τυγχάνοντος τοῦ κοσμοῦ δωδε-
κατημορίου. ἑτέρου δὲ τοῦ ὡσανεὶ μορφώματος
* ἀνὴρ σὺν τοῦ κοσμοῦ ζωδίου, ὅπερ οὐ πάνυ τι δυ- * Vid. Κοῦ
νατὸν καταλαμβάνεσθαι· ἔστω δὲ καὶ ὅτι συγκε-
χωρημένον τὸ καταλαμβάνεσθαι ὁ νοῦν τὸν δωδε-
κατημόριον, ἢ δυνάσθαι σὺν τὸν αἰσθητοῦ δωδε-

κατηνοεῖν λαμβάνεται ὁ ἀνθρώπος. ἀλλὰ τοῦτο γε σύγκεται περὶ αὐτοῖς καλουμένοις τῶν ἐν τοῖσδε τοῖς σχηματισμοῖς ἐγκειμένων, καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσιν, οὐκ οἶδ' ὅ τι σώσει κατὰ πόλιν, ἀμφισβητούμενον τὸ δυνάμενον, φέρε εἰπεῖν, * κλίσεις ἀπὸ τῶνδε, ἀλλ' ὁ ὀπτικὸς τρόπος αὐτὸν ὑπὸ τῶνδε τῶν κλίσεων, καὶ ὅτι ποτὲ ἐστὶν ἡ ποιόνδε ἀμφισβητούμενον. πολλάκις πάλιν τὸν ἀμφιβόλους τῶν τοῦ κλίσεως ὑπὸ τοῦ ὀπτικοῦ λόγου τοῦ κλίσεως ἐμπολιζομένους, ἢ τὸν ἕτερον ἔστιν ποιεῖ ἐγκαλεῖν κλίσεων ὄντα σημαντικόν. καὶ οἶμαι ὀπτικὴν τὴν τῶν ἄστρων τοῖς τόποις, ἀπηγεῖσθαι τῷ τοῦ τύπου καὶ τῶν λόγων, καὶ δαμῶς δὴ θεωρίας ἐκκειμένων, ἀνὴρ εἰ ἄρα μόγις τὸ σημαντικὸν μόνον φθάνουσιν. εἰ δὲ τις ἐν πίστει γοῦν τῶν πραγμάτων, μᾶλλον εἴποιμι δ' ἂν ἐν τοῖς ἀποτελικὸν τῶν λεγόντων, καὶ αὐτοῦ συλλογιζομένων, ἢ ἀν * νομίζοιμον ὀπτικόν. καὶ ἡσαΐας γοῦν, ὡς τὸ διαμαρτόντων τοῦ τοῦ εἰκαῖος ὑπὸ αἰθέρος, φησὶ πρὸς τὸν θυγατέρα τῶν χαλδαίων, τῶν τῶν μάλιστα τῶν πρὸς τοῖς ἐπαγγελλομένων, Στήτω δὴ καὶ θεοὶ ὑμῶν σοι οἱ ἀστρολόγοι τοῦ οὐρανοῦ, ἀναγγειλάτω σοι τὰ μέλλοντα ὅτι σε ἔρχεται. ὅθεν γὰρ τοῦτον διδασκόμενοι μὴ δυνάμεθα τοῖς πρὸς τοῖς τῶν φιλομαθῶς προδιδόναι, ἃ βεβούλη κύριος ἑκάστῳ ἔθνει ἐπαγαγεῖν.

A certo potest, rei veritas habeatur. Quamquam id etiam à nobis detur, vt aut signum illud quod mente concipitur, certo teneri queat, aut ex eo saltem quod sensu informatur, verum intelligi. Astrorum certe quidem illorum, quæ in situm ejusmodi, figuramque concurrunt, quam ipsi contemperationē appellant, exquisite abs sese defendi non posse fatebuntur. Contingit enim sæpissime, vt vel infestioris hujus Astri vis, quod emersit, alterius felicioris aspectu magis minusve retundatur: vel vt id ipsum quo minus eveniat, proprius quidam ac singularis alterius, quod deterius aliud significet, situs impediat. Ac mihi sane ita persuadeo, quisquis in locorum istorum disquisitione versabitur, pronuntiaturum eum vtique, perspectam, exploratamque mortalium nemini eorum rationem esse, sed ei duntaxat vim significandi aliquam ad summum concedi posse. Qui autem res ipsas experientiâ ipse suâ probauerit, agnoscet ille profecto id hominum genus in suis illis, quas aut voce aut scripto concipiũt, præsensionibus longe sæpius aberrare, quam, quod sibi fingunt, verum attingere. Quamobrem Isaias, quod ea certo ab hominibus nullo modo teneri possint, Chaldæorum filiam, qui hanc diuinandi artem sibi præ omnibus sumebant, hunc in modum compellat. *Stent vero ac Saluent te Astrologi cœli: annuntient tibi quod super te venturum est:* Quibus nos sane docuit ne ab illis quidem ipsis, qui res istas summo & acerrimo studio prosequuntur, quid quoque populo facere Dominus statuerit, prænuntiari posse. Isa. 47. 13

ΕΚ ΤΟΥ γ' ΤΟΜΟΥ ΤΩΝ εἰς τὴν γένεσιν.

E III. TOMO COMMENTARIORUM in Genesim.

Ad caput 1. vers. 16. & seq.
Interprete IOANNE TARINO.

ΚΑΙ ἐποίησεν ὁ θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους, τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν * εἰς τὰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν φωστῆρα * ἐλάσσω εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς, καὶ τοὺς ἀστέρας. καὶ ἔθετο αὐτοὺς ὁ θεὸς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ ἄρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός. ἔστι δὲ εἰ τοῦτο ὅτι ὁ, εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας. τοῦ, καὶ ἀρχὴν τῆς ἡμέρας. καὶ ὁ, εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς, τοῦ, καὶ ἀρχὴν τῆς νυκτός. καὶ ὁ Ἀκύλας γὰρ ὁ ἀόριστον ἐτήρησε, ποιήσας διὰ μὲν τοῦ, εἰς ἀρχὰς, εἰς ὄζουσαν. διὰ τοῦ, ἀρχὴν, ὀξυσιάζον. φασὶ δὲ οἱ ἐρευνῶντες τῆς τῶν σημαινομένων ἐξετάσεως, ἐν τοῖς τόποις τοῖς ἔχουσι συζυγίαν τοῦ σημείου καὶ κατηγορουμένου, τοῦ ὀνομάζεσθαι τὸ

* Χ. εἰς ἀρχάς.
* Χ. τὸν.

ET fecit Deus duo luminaria magna, luminare magnum in principatum diei, & luminare minus in principatum noctis, & stellas: & posuit ea Deus in firmamento cœli, vt lucerent super terram & præessent diei ac nocti. Iam quærendum est sitne idem, *in principatum diei*, cum eo, *vt præessent diei*: &, *in principatum noctis*, cum eo, *vt præessent nocti*. Aquila enim conuenientme dictionem retinuit, & pro eo, *in principatum*, reposuit, *in potestatem*: & pro eo, *vt præsint, vt potestatem habeant*. Aiunt porrò, qui significata diligentiùs persecuti sunt, in ijs locis in quibus est appellationum & eorum, quæ de aliquo dicuntur, coniunctio, antecedere ea quorum sunt appellationes, seque, quæ de ijs